*I. N. D. N. J. C.*

# EXERCITATIO HISTORICO-THEOLOGICA,

DE

# ECCLESIA GRÆCANICA HODIERNA, L. ALLATIO POTISSIMUM, P. ARCUDIO, ET B. NIHUSIO OPPOSITA.

*SUB PRÆSIDIO*

DN. JO. CONRADI DANNHAWERI, D.

*RESPONDENTE*

ELIA VEIELIO,

nunc SS. Th. Doct. atqve Profeſſ. Summiqve apud Ulmanos templi Eccleſiaſte.

DISPUTATIO XXXI.

---

*ARGENTORATI,*
Typis JOSIÆ STÆDELII,
ANNO MDCLXVI.

PRÆSES

*HUJUS EXERCITII*

BIBLIOTECA NAZ. VITTORIO EMANUELE ROMA

# JOH. CONR. DANNHAVVERUS, D.

Lectori benevolo, S.

GRæca Fides bene qvidem audivit olim inter Græcos mutuo ſtudio, teſtimonio, talione ſe invicem fricantes, adagium inde ortum de *græca fide*, hoc eſt certa, non fluxa, non punica: ubi ut *Eraſmus* interpretatur, *non verbis, neqve ſtipulationibus, ſed præſente pecunia res agitur. Sic enim Clareta lena in Plauti Aſinaria, diem, aqvam, ſolem, lunam, noctem hæc argento non emo. Cætera, quæ volumus uti græca mercamur fide*, id eſt numerata pecunia. Bis *Auſonius Burdigalenſis* hac phraſi exprimit, qvod latini ſimili alia, repræſentatione mercari, aut ſoluere, in *ep.XII. Paulo* inſcripta, *tota ſuppellex chartea eſt, nobiſcum invenies κατενώπια* [ non *κατενώπλια*) h.e. *κατ' ἐνώπιον ſi libet uti,*

*non pœna ſed græca fide.*

Iterum de *ſuo phiione*

*mercatur rem qvoqvo foro venalium:*
*mutuatur ad græcam fidem.*

At hæc ipſa phraſis prodit Græcanicam apiſtian, ſaltem, ut ſic dicam, activam, nemini confidentem, manus habentem oculatas, nil credituras, niſi qvod vident. Unde ad locum Plautinum e *Turnebo* hæc annotavit *Taubmannus*. Græci *græcis ſavent, & bene de gente ſua & exiſtimant & prædicant: qvod in palliata ſervatum a Plauto eſt. Nam Græcos ſi vituperaſſet, eorumqve fidem fluxam dixiſſet, a decoro receſſiſſet.*

Latinos ſi audimus, ac inter hos Romanum & civem, *S. Paulum*, & Conſulem *Ciceronem*, aliter cantabit fama. Κρῆτες ἀεὶ ψέυσται ait ille! ipſis qvaſi pœnis puniores: hi vero in orat. pro *L. Flacco. At qvot teſtes?* inqvit. *Primum dicam* (id *qvod eſt commune) græcos: non qvo nationi huic ego unus maxime fidem derogem, nam ſi qvis &c. Veruntamen hoc dico de toto genere græcorum: tribuo illis literas, do multarum artium diſciplinam, non adimo ſermonis leporem, ingeniorum acumen, dicendi copiam: deniqve etiam, ſi qva ſibi alia ſumunt, non repugno: Teſtimoniorum religionem & fidem nunqvam iſta natio coluit: totiusqve hujus rei qva hic vis, qva auctoritas, qvod pondus, ignorant.* Accedit his nunc *Germanus* germanus, e SVEVORUM gente bellicoſiſſima, ac avitæ fidei hoc tenaciore, qvo eſt a contagio Gallico ſincerior, *Vir Juvenis* ſc. in grege noſtro Academico *Egregius ac præcellens* Dn. M. ELIAS VEIEL, ULMANUS, qvi ſubleſtam ac apoſtaticam Græcorum, in religione Chriſtiana (poſt extincta priſcæ Græciæ lumina Athanaſios, Chryſoſtomos, Theodoretos, Cyrillos, alios.) fidem exponere, ac expoſitam in ſolennem congreſſum producere, ſimulqve ſuorum ſtudiorum in his noſtris Athenis, laudatiſſime actorum, Patriæ Patroniſqve rationem reddere, Valeqve nobis dicere inſtituit. Digniſſimus viſus eſt, qvi hoc proelogii commeatu ornatus a nobis honorifice dimitteretur; ut qvi pietate ac morum elegantia inculpata, eruditione rara, (nam qvid rarius, nigraqve tulipa ſimilius, qvam conjunctio Reginæ Theologiæ intimis amplexibus adamatæ, cum ſuo gynecæo optimarum literarum ſibi caſtiſſime conciliato?) omnium bonorum ſibi hactenus gratiam collegerit: in qvo uberrimos ac ſaluberrimos fructus & præguſtamus & patriæ ſuæ prægratulamur. Nunc ad agonem! corona ſeqvetur.

Σ. Θ.

Σ. Θ.

QUantum Eccleſiæ Romanæ, ſuperiore ſæculo, per Lutherum noſtrum divinitus excitatum, vulnus inflictum fuerit, nemo eſt,qvi ignoret ex noſtratibus, nec negant ii, qvi ejusdem Eccleſiæ ſcita adhuc ſeqvuntur: huic igitur vulneri cicatricem partim obducere, partim corporis totius ſanitatem, nullis nævis dehoneſtati, nulla labe aſperſi, nulla ægritudine, jam inde a primitivis Apoſtolorum temporibus, afflicti, oſtentare, multis modis in illo cœtu eſt allaboratum. Hoc cum Pontifices viderent magnæ molis opus eſſe, qvia non ex ſcriptura modo, ſed ex antiqvitate placita humana convellebantur, (id qvod eximie prorſus præſtitum ab incomparabili Chemnitio, & centuriatoribus Magdeburgenſibus) animos nunc huc, nunc illuc diviſerunt, ut cauſæ ruinam minanti aliqva fulcra ſupponerent, inveteratosqve errores ementito ſcripturarum & vetuſtatis titulo palliarent: hoc obtinere non admodum difficile fuit apud eos, qvibus longi temporis præſcriptio ſuperſtitiones commendare, earumqve propugnatio ad ſummos Purpuratorum honores viam munire poterat. Prodierunt inde tot phalanges Defenſorum Eccleſiæ Romanæ; ex qvibus tamen maxime eminuerunt Illuſtriſſimi Cardinales, (Baron. & R. Bellarm. qvi centuriatoribus, & Chemnitio præcipue, opponendi erant. Qvantum uterqve pro ſede Papali deſudarit, nemini non eſt notum. Et Cæſ. qvidem Baron. a Ph. Nerio, canonizato poſtea, juvenis ad hoc munus qvaſi initiatus fuit, annosqve in conficiendo vaſto Annalium Eccleſ. opere 30. conſumſit, ut hoc modo Magdeburgenſes oppugnarentur, (qvod ipſe Bar. teſtatur) & catholica ac antiqva doctrina aſſereretur; re autem vera, ut erroribus Pontificiis venerandum antiqvitatis nomen prætexeretur, & qvod palmarium eſt, Potentatus Pontif. R. fulcire-

*Epiſt. dedic. & proleg. ad Exercitat. Baronian.*

ciretur, qvod prolixe & erudite oſtenſum ab Iſ. Caſaub. Sed nec hic provida Præſulum Urbicorum cura ſubſtitit, verum ad alia qvoqve, qvibus priſtina throno Romano autoritas redderetur, progreſſa eſt. Perſvaſum erat omnibus, & recte qvidem plurimas in Oriente Eccleſias eſſe, qvæ primatum & dogmata Papæ non agnoſcerent, illæ nim. qvas Patriarchæ 4. regerent, qvo ariete jactatus catholiciſmus & unitus impetebatur: ſed enim huic etiam malo remedium inveniendum erat. Idcirco

*De Concord. Eccl. occid. & Or. in Admin. 7. Sacr. p. 377.*

Gregorius XIII. *totum orbem vaſto animo agitans*, qvæ ſunt verba Arcudii, magnifica, egregiisqve reditibus dotata collegia omnibus pene nationibus, inprimis orientalibus, inſtituit, ut ita Romam allicerentur ex omnibus gentibus aliqvi, qvorum opera Pontifex vel in deprædicanda vel dilatanda Eccleſia ſua uteretur.

*l. 3. ep. p 278. ad Hier. Baumgartner.*

v. Spond. in Greg. XIII. L. Aurel. Peruſ. ad A. 175. Cujus rei artificium ſuperiore ſæculo jam animadvertat Joach. Camerat. hæc ſcribens: *De libro illo Syriaco labore communicationis nobiſcum, ſuperſedere potes: qvid agatur a qvibusdam non eſt obſcurum, nim. ut errores non tantum temporum, ſed hominum qvoq; & nationum conſenſione confirmentur.* Hinc nuper prodit libellus Abrahami Ecchellenſis Maronitæ Prof. in Gymn. Rom. de concordia Nationum Chriſtianarum, per Aſiam & Africam, cum Eccleſia Latina contra Proteſtant. cum notis ad catalog. libb. Chald. Hebedjeſu, qvem in Germania nobis curavit officiendo officioſiſſimus Nihuſius, adjectis 2. ad Academicos Proteſt. programmatibus. Qvæ ſunt autem illæ nationes Chriſtianæ in Aſia, Africa? *ſunt heretici, Armeni, Neſtoriani, Melchitæ, Iacobitæ &c. ut habet titulus*, & aſſeritur in Epiſt. Abr. Ecchel. tam *inter ſeſe, qvam cum Romana Eccleſia inveterata & incredibilia exercentes odia, inprimis de myſterio incarnationis verbi divini, ut eſt ibid. §. 4. & S. Trinitatis, qvod reſtatur*

**l. 1. συμμίκτων Allat. p. 295. In annot. ad Chriſtopl. Angeli lib. de ſtat Et rit. Eccl. Græc. p. 184.*

Gabr. Sionita.* Hi igitur, etiamſi alias in graviſſimis articulis errent, & ab ipſis Romanis diſſideant, modo tamen in traditionibus § 3. Ecchell recenſitis cum Latino cœtu conſpirent, omnino triumphandum eſt. Sed parum fuiſſet, niſi etiam Mahummedani tanqvam patroni cauſæ Pontificiæ advocarentur (habet enim hoc Ecchell. in more, ut hos ſibi ſuffragantes adducat, qvod a Rev. Dn. G. Fhelavio etiam obſervatum eſt.) Iidem Mahummedani

cum

cum Judæis producuntur ad firmanda pro defunctis ſuffragia; qvamvis hæc argumentandi ratio Bellar. qvoqve & Allatio arriſerit, & qvidem ut efficaciſſ. c. 44. de purg. ut inde aliqvis ſuſpicari qveat, fore aliqvando ut ad teſtimonia patris mendacior: recurrant, niſi qvidam id jamjam feciſſent. Cauſam inventi hujus ſtrategematis ex Camer. ſubindicavimus, qvam nunc per parodiam ex ipſo Ecchell. repetimus: *Novatores cum ſuam cauſam cadere videant, a Græcis Latinisq; PP. & ſcriptoribus ad Orientales, Syros, Arabes, aliosq; provocant; inde ſibi qværitantes præſidium, unde perniciem metuere debent.* poſt illa clariſſimos *viros, qvos* §. 2. *LL. orient. optime callere*; §. *autem 3. peregrinam eruditionem inani oſtentatione apud ſuos ementiri*, per ἀντιλογίαν ait, ad certamen provocat, qvam provocationem Nihuſ. lepida ſimul & thraſonica invitatione, ad exemplum Rabſacis 2. Reg. 18 23. 24. progr. § 7. ſs. ornat. Qvam vero non cohorreſcant ad iſtiusmodi gloriationes, abunde jam docuiſſe celeberr. Hott. præf. in Lex. Har. & topogr. Eccl. Or. contra Ecchel. poſtqvam hæc ſcripſiſſem, vidi. Sed qvicqvid ſit de Eccleſiis Orient. qvæ ſive Nobiſcum ſive cum Rom. faciant, parum intereſt, alio enim fundamento innititur noſtra fides: nunqvam tamen conſenſum ab orientalib. Papæi extundent, ut demonſtrabitur a Cl. Hotting. in Hiſt. Eccl Orient. & ſi extunderent, *eandem, illi criſin merebuntur, qvam Papæi* (lubens repeto verba Dn Præceptoris mei, *omnis, inqvam, illa gens, Eoa, olim e ſacris literis recte damnatis hæreſibus, Judaici fermenti mixtura, inſamata, lucem verbi obſcurat, legem non tenet, pacem non habet.* Qvod autem nos præcipue intellectum volumus, id eſt, Papas in eo omnium maxime laborare, ut Eccleſiæ Græcæ non tam conſenſum qvam ſubjectionem obtineant. Cujus rei conſeqvendæ gratiæ, nullis parcitum eſt impendiis; collegium Romæ pueris Græcis munificentiſſime erectum eſt & inſtructum, in qvo religionem pontificiam doceantur: qvo facile fit, ut flexiles puerorum ad ſuperſtitiones tanto ſplendore veſtitas animi vincantur: ex illo deinde collegio prodierunt plurimi eruditione clari viri, qvorum aliqvos recenſet Allat. qvi in Græciam, & Ruſſiam, maximis prius honoribus & beneficiis Papæ obſtricti, emittuntur, *ut harum regionum incolas vel ad Apoſtolicæ ſedis obſeqvium reducant, vel in officio retineant*

*In not. ad Cat. Hebedj. p. 59.*

*progr. Nih. § 3*

*In Theol. Symbul. p. 514.*

*Progr. a Nih. § 7. Allat. Epiſt. ad Generoſ. Dn. Bar. a Boineburg. de conſenſu Græcum Lat. P. C. 3. 7. 7. ſſ.*

*tineant & conſervent*, ut loqvitur de ſuis apud Ruthenos vicennalibus laboribus Pet. Arcudius Corcyræus. Ex magno horum hominum numero emicuerunt præcipue *Arcudius, & Matth. Caryophilus*; (cujus ſcripta nondum contigit videre; optarem autem, ut copia eorum fieret, inprimis illius libri, qvem contra catecheſin Zachariæ Gergani, Lutherani Græci, Epiſcopi Artenſis, ſcripſit) *Græci, ambo, ſcriptis pro Eccleſia Latina, ipſius Allatii judicio, celeberr.* decennes alioqvin in Latium allati; unde & imperitia interdum a Goare & Allario, rabies a Catumſyrito, Italo. Græco prodigioſiſſimo alias Innocentii X. adoratore, Arcudio impingitur. Sed vero horum diligentiam, & in ornanda R. Eccleſia curam ſupergreſſus eſt, *Leo Allatius, vir alioqvi doctiſſimus, & de multis Græcis ſcriptoribus præclare meritus*, qvam laudem ei admetitur Magnus G. J. Voſſ. Hic igitur præ ceteris Græcos ſuos Pontifici R. ἐθελοαχουσίας ſubjicere voluit: qvod præſertim aggreſſus eſt in opere de Eccl. occidentalis atqve orientalis perpetua conſenſione: *qvi titulus vere peregrinus, inſolens, novus, paradoxus*, his enim verbis alias uti amat Nihuſ. animi Allatiani διάθεσιν haud obſcure prodit. Fando enim per aliqvot ſæcula non eſt auditum, Græcos in capp. religionis cum Romanis concinere, in eo cumprimis, qvod primatum & omnipotentiam Papalem, ab Hildebrando primum ad id faſtigii evectam, attinet: huc enim ſcopus operis Allatiani tendit: ſicut omnia Pontificior. ſcripta de Eccleſia. Res ex primo conſens. libro redditur manifeſta, in qvo qvibus non machinis, artificiis, ſchematibus, conaribus, inventis, illud pontificiale palladium extruere & firmare annititur? Qvis non miretur ingenioſe excogitatas & intortas rationes, qvibus aſſerto ſuo fidem facere conatur? Fraudem tamen prodit, dum inter alia manifeſte nimis contra veterum ſcriptorum auctoritatem & conſenſum, poteſtatem conciliorum cogendorum, uti Papæ Romano tranſcribit, Principesqve ut extraneos ab iis audaciſſime rejecit; cujus rei intolerabile ſpecimen exhibet in delineatione Concilii Nicæni. Unum addo, ex qvo mens Allatii perdiſci poteſt, qvod hactenus inaudito & temerario elogio Papam Liberium ornat, dum ita philoſophatur: *Sedes aliæ errare poſſunt, & errant &c. ſola Romana eſt, qvæ nec ſibi unq. fucum fecit, nec aliis: &c. non obſcuris philoſopha-*

*In dedic. operis de Concord. Occid. & Orient. in Adm. 7. ſacr. P. C. 3. 6. 1.*

*B. Hodom. Pap. ph. 2 p. 743. ſ. ex L. Banckio.*

*De Hiſt. Græc. p. 297. 492. 538*

*Progr. 1. §. 5.*
*Progr. 2. §. 2.*

*P. C. p. 339. ſeq.*

*ſophamur: namq; in clariſſimis ſumus, dum Ariana peſtis univerſum orbem invaſerat, ceſſit Conſtantinopolitanus, Antiochenus, Alexandrinus, & Hieroſolymitanus: aliæ qvoq; in occidente metropoles, hæreſin amplexæ, homouſion inſectabantur. Sola Romana veritatis vindex cum paucis aliis, qvæ ſedibus pulſis; qvæ exilio mulctatis, inconcuſſa ſtabat, & oppugnabat hæreſim: Qvid itaq; adverſariorum phalanx comminiſcitur? Unum nobis adſciſcamus Liberium & reliqvorum machinæ cadent: unus ille præ omnibus eſt: nutante illo ſolo, nutabant reliqvi. Ille itaq; ſolus adeatur.* Qvid audimus, Liberiusne talis fuit? & qvid. ſolus, ſolus, indidem ingeminans hanc vocem, Papiſtis alias tam exoſam? obteſtor vos, qvi eſtis ex Pontificiis cordati viri an unqvam legiſtis, Athanaſium ceſſiſſe, Ario furente? hæreſin amplexum, homouſion inſectatum eſſe? non puto, dicetis; at Allat. dicit: qvis enim tum fuit Epiſcopus Alexandrinus? Athanaſius. Si Liberio nutante, omnes reliqvi nutarunt? ergo multo magis labente Liberio, reliqvi etiam lapſi ſunt; E. turpiſſime labente Liberio, etiam Athanaſius lapſus eſt? injurius ſim in ſanctiſſimum virum, id ſi dixerim, ſed ita colligere jubet Allatius: adducit qvid. verba Athanaſii & Baſilii de Liberio, ſed diſtingve tempora, & Allatium nihil dixiſſe deprehendes. Arbitratur autem All. *propoſitum fortunate ſibi ſucceſſiſſe*, ſeqve auctoritatem Papæ, (hoc enim præcipue agitur, ut diximus, & ex §. 2. ad Gen. Dn. Boin. liqvet) abunde conſtabiliviſſe; verum enim vero næ cœcum illum eſſe neceſſe eſt, qvi non ex diligenti operis totius lectione penitus perſpiciat, conſenſionem illam puram putam diſſenſionem eſſe: ita profecto mihi videbatur, poſteaqve gaviſus ſum, cum doctos Viros idem jam ſenſiſſe intellexiſſem, fruſtra ringente Allatio in cit. ad Boin. ep. §. 8. & 42. ubi id qvoq; §. 43. neqvicqvam a ſe amoliri conatur, *ſc. affectibus ſe non indulgere*, qvod tamen ipſum aliis duntaxat verbis περιφράζων fatetur: *captivare ſe intellectum in obſeqvium fidei* (Romanæ) *Eccleſiæq; nutibus indulgere.* Ego vero auſim pæne aſſeverare; acutiores Pontificios, qvicqvid dicant Cornæus, Erbermannus, Mülmannus, mecum ſentire, Allatium ſc. nihil aliud egiſſe, qvam ut utriusqve eccleſiæ perpetua diſſidia illuſtrius ob oculos poneret, nec fortaſſis contrarium perſvadebit Dn. Boineburgio, Viro non tam dignatione, qvam

*D. Conring. D. Crocius, alii.*

*conf. ejusd. Verba P. C. l. 5. 21.*

eruditione Illuſtri. Aſt in his diutius immorari non convenit; cum id in præſentia nobis propoſitum ſit, ſtatum Eccleſiæ Græcanicæ hodiernum aliqvatenus delineare, idq; ex ſcriptis in hoc argumento præſtantiſſimis, inter qvæ utramqve paginam faciunt Amœbea Theolog Tubingenſium & Jerem. Patriarchæ; opera combuſcula Allatii; Concordia Arcudii; Rituale ſ. Euchologium Græcorum, qvi liber qvantæ ſit auctoritatis omnibus conſtat, & amplius docetur ab All. & Jac. Goare, Pariſino ordinis Præd. & in orientem Miſſo Apoſtolico, in præf. ad Euchol. qvod ipſe dedit ad Potum Arcudii. Neqve tamen falſas Græcorum opiniones ad examen revocare, vel omnia, qvæ hic a Pontificiis objiciuntur, excutere, animus eſt: id enim alius laboris erit: diſſertationem namqve nudam damus, & qvaſi excerpta qvædam ex iis, qvæ uberius congeſta ſunt: qvin nec ſemper integras paginas adverſariorum, vel omnia verba, in diſceptationibus noſtris apponimus, qvod nemo bonus & æqvus vitio verter, cum id non fiat per fraudem aliqvam, ſed ob brevitatis ſtudium, qvæ hac vice cuſtodienda erat. Qvod anteqvam exordirer, *videbatur mihi reſpondendum eſſe his,* (loqvor ex Auguſtino) *qvi hac reprehenſuri ſunt, aut reprehenſuri eſſent. ſi eos nō ante placaremq. Qvod ſi nonnulli etiam poſt iſta reprehenderint, ſaltem alios non movebunt, qvos movere poſſent, niſi præmunitos, præparatosq; invenirent.* Ipſum vero negotium aggreſſus ſum fretus favore ſanctiſſimi Numinis: animatus auctoritate & impulſu Optimi Præceptoris, venerandi Præſidis mei, cujus deſignationem ex Chriſteid. Act. III. phæn. 1. adhuc *ἀνεκδότου*, ſed cui propitias obſtetricantium typographorum manus precamur, expreſſi, formam autem ſeqventia capita repræſentant.

*Epiſt. ad Boin.* §. 6.

*l. 2. conc. c. 18. f.*

*Prolog. l. 1. de doctr. Chriſt.*

Omnes qvi de Chriſti nomine dicuntur, profitentur in ſymbolo, qvod vocant Apoſtolico, eſſe Eccleſiam Chriſti aliqvam, eamqve Unam, catholicam &c. Hæc prædicata ſuæ congregationi exacte convenire ajunt Pontificii, nos contra, falſo eam ipſam hæc ſibi arrogare pertendimus, multisqve id & conſectariis argumentis a noſtratibus Theologis probatum eſt, & hodienum propugnatur. Unitatem vero Eccleſia Romanæ ideo negamus, qvia ipſa primum eſt indiviſa ab aliis cœ-

tibus

cætibus, cum qvibus in ſyncretiſmum coaluit, adoptato Judaiſmo, Ethniciſmo, Hæreticiſmo, uti demonſtratum in Hodom. Pap. nævus olim fuit admiſſio heterogeneæ mixturæ, ſed poſtqvam illa invaluit, & religionis faciem induit, unitatem luxavit. Deinde diviſa in ſe, idqve I. per manifeſtas contradictiones ſententiarum Pontificialium in Jure Canonico expreſſarum. II. per divortia ſententiarum ſcholaſticarum, qvæ non omnes de tribus capellis conceptæ ſunt, ſed de maximis fidei momentis. Per III. ſchiſmata inteſtina, inter ipſos Pontifices exorta, qvorum 30. recenſet Onuphr. Panvin. ac inter ea vigeſimum nonum per annos 50. continuatum. IV. Per ſchiſma Græcanicum, in qvo explicando nonnihil commorabimur. Notare hic licet 1. ſchiſma ipſum. 2. ejusdem originem. 3. roborationem & incrementa. 4. mutuam excommunicationem & deſertionem 5. conſiliationis tentationem 6. ejusdem repulſam & inconſtantiam. 7. Nemeſin. divinam. 8. Prætenſam indiviſionem. P. 2. p. 466. ſ.

I. Schiſma ipſum conſtat diverſitate rituum ac dogmatum ab Eccleſia Romana circa fidem, non de fide, cui tamen diverſitati qvædam non raro fidem ipſam prope attingentia, ſunt annexa. Ad ritus pertinet maxima circa adminiſtrationem 7. Sacram. diſcrepantia, qvæ ex opere Arcudiano elucet, ut Arcudius aliud egiſſe videatur, cum libro ſuo titulum concordiæ præfixit: ait qvidem *Eccleſias antiqviſſimas Orientis & occidentis convenire in iis qvæ ad eſſentiam ſacramentorum pertinent; in multis aliis cerimoniis differre, qvarum diverſitate varie ac mirifice ornentur.* Si mirifice varietate iſta cerimoniarum ornantur, cur Arcud. eam ipſam ob cauſam adverſus Simeon. Theſſal. Gabriel Philadelph. aliosq; tam vehementer inſurgit; neq; tamen diſſenſum tantum in cerimoniis conceſſerit qvisqvam qvi Arcudium pervolverit, ſed in ſingulis fere capp. inſignes circa ſubſtantiam pugnas ad oculum demonſtrabit. l. 6. c. 1.

II. Trinæ immerſionis in baptiſmo mandatum, damnata immerſione una. Ita enim Jeremias Patriarcha Conſtant *Nos trinis immerſionibus baptizamus: Latini vero una tantum, qvod non recte ſit, oportet enim tres perſonas in una Deitate prædicari.* idem objicit Latinis Michael Cerular. apud All. ſimulq; ſalis uſum in R. I. ad Tubing. p. 63. R. II. p. 238. P. C. 3. 12. 4.

 baptiſ-

baptiſmo improbans. Primicerius autem in Hiſt. Concil. Flor. Sylv. Saurop. eo devenit, ut Latinos ἀβαπτίστους eſſe contenderit. Inde factum, ut Græci aliqvando Latinos a Papa deſciſcentes rebaptizarint, qvo more nunc abolito, eos tamen ad Græcam Eccleſiam venientes, oleo inungunt.

*Sect. 9. c. 9.*

*Arcud. p. 17. 98. 103. All. P. C. 3. 16. 7. 8. Goar. Rit. p. 333.*

III. Chriſmatis immediata cum baptiſmo conjunctio. Jerem. l. c. p. 63. *Mox qvoq; qvi baptizatus eſt, ſacro ungvento ungendus eſt.* it. p. 78. 238. ſs. *Ut adeo* (ſecundum All. P. C. 3. 16. 3.) *nullus ſit, qvi ſacramento baptiſmi ccepto, domum absqve ſacramento confirmationis redeat.* Arcudius igitur 1. 14. caput ſtomachabundus ita orditur: *Modo in gratiam Latinorum, atq; adeo ipſiusmet veritatis, qvorundam recentiorum Græcorum circa hanc adminiſtrationem, falſa & hæretica mihi ſupereſt refellenda opinio.*

IV. Panis enzymi neceſſitas. Jerem. pag. 86. *Panis ſit fermentatus, non autem infermentatus. Dominus enim dixit, accipite, comedite; non dixit, hoc eſt azymum, aut typus corporis.* &c. p. 241. *offerimus non in azymis, ſed fermentato: qvia hoc revera panis eſt.* Marc. Epheſ. vocat *emortuum abſq; fermento ſacrificium.* ib. ajunt, maximam in hac controverſia inter Latinos & Græcos eſſe differentiã. add. Manuel. Caleca, Allatius, qvi in diſſ. de libb. Eccleſ. Gr. p. 219. hunc vocat *ſeptimum in Triodio errorem*, cujus libri poſtea auctoritatem, cum aliter reſpondere idonee neqvit, elevare ſtudet. Præcipuum robur opinionis ſuæ ponunt Græci in die, qvo Chriſtus agnum paſchalem comederit, a Judæorum celebratione diverſo, de qvo tamen qvid ſentiendum v. Voſſ. Arcud. vero 3. 3. ſs. refutationibus ſuis excipit Jerem̃iam, tanqvam PP. in ſuam ſententiam invitos trahentem. Non debebant autem Pontificii Tranſſubſtantiatores, miracula alias in cõverſone ſua ex miraculis conſerta texentes, tam auſteri eſſe adverſus Gr. qvi doctrina ſua de enzymis novi miraculi transſubſtantiat. copiam faciunt, cujus rei gratia adſcribo hæc verba Simpl. Verini: *Qvi cum Græcis diſputant pro azymo contra fermentatum, dicant nobis, utrum fermentationem inter accidentia panis numerent, an inter ſubſtantias, aut eſſentiales qvalitates? ſi accidens eſt, qvid opus contendere de accidentibus, qvæ nihil ad rem faciunt? ſi eſſentialis eſt qvalitas in pane & ſubſtantiva, an etiam putant eam aboleri cum cæteris apud eos qvi in fermenta-*

*Ap. Sylb. Sgur. Hiſt. Concil. Flor. Sect. 5. c. 2. & 8. l. 4. contra error Græc. p. 350. P. C. 2. 11. 6. it. 3. 14. 1. Epiſt. ad Dn. Boin. §. 19. 20. Theſ. theol. & hiſt. d. 19. §. 3. ſſ.*

*h. eſt Cl. Salmaſii l. de transſubſt. ad I. Pacium contra H. Grot. p. 527.*

*mentato ſacramenta conficiunt? palam eſt ita credere. E. operoſior
converſio apud iſtos, & miraculoſior, qvia etiam fermentatio debet
abſcedere, qvam apud illos, qvi in azymo conſecrant, &c.*

V. Suffocati abſtinentia Judaizans præcepta, qvam Græcis
objicit e ſuis qvos producit auctoribus L. Allat. agnoſcit Jerem. *P.C.3.14.4.*
*Nec qvod ſuffocatum eſt, apud nos in cibum adbibetur, in bodier-* *it.3.12.4.*
*num uſq; diem: ſed averſamur.* Connexa huic dogmati eſt & altera *it.3.13.11.*
ſuperſtitio Judaica de diſcrimine rerum mundarum & immunda- *R. 1.p.139.*
rum, *qvarum* (aſſerente All.) *etiam vel contactu commaculari cre-*
*duntur, non bomines tantum, ſed et reliqva inanimata. Obſervavi* *P.C.3.14.5.*
*inter eos qvosdam, confectos media, & morti devotos, renuentes li-
macum coctarum, ne repentia vel pejora commemorem, eſu vires re-
ficere; ut non vereantur palam fateri, velle ſe potius mori, qvam il-* **qvod legitur*
*lorum commeſtione fœdari. Hinc tot apud eos preces, & ſpiſſæ rerum* *in Euchol.Go-*
*ab immundorum iſtorum contactu excantationes.* pergit idem. § 6. *ar p.316.324.*
ſs. *Et ne ſingula aggeram, integrum puerperæ mulieris officium* * *it.orat.in pu-*
*&c. annon mere judaica ſunt.* Jacob. Goar. p. 672. obtendit: *Non* *teum, vel vas*
*Moſaicæ, ſed Eccleſiaſticæ legis ſtudio, ab immundis deguſtandis ſibi* *vini olei, &c.*
*cavent orientales: proindeq; a Iudaico ritu obſervando, longe alie-* *contaminatū*
*nos ſe præſtant: qvicqvid in adverſum ganniat Catumſyritus, &* *p. 597. ſſ.*
*qvaſi ſententia de tribunali lata deblaterat,* atqvi juxta Goarem Ar- *l. 3. Concord.*
cudius, & Allat. l.c. etiam gannire & deblaterare dicendi forent? *c. 6.*

VI. Grana aqvæ calidæ in ſacro calice jam conſecrato, de qvo
v. Gretſ. L. Allat. notans, in Eccleſia Græca, bis aqvam calici im- *P. 1. defenſ.*
miſceri, frigidam, ante conſecrationem, calidam, poſt conſecra- *Bell. p. 252.*
tionem conſentit Arcud. Euchol og. p. 82. dicitur autem aqva ca- *P. C. 3. 18. 4.*
lida ſymbolum Spiritus S. conſulenda ib. annot. Goaris, ſub cujus *l. 3. Conc. c. 39.*
fine p. 149. hæc habet: *cæterum cum bæreticos vocet Balſamon eos* *Reſp. 18. in Iu-*
*qvi bujusmodi aqvæ calidæ mixtionem in calice reſpuunt, tanqvam* *ris orient. l. 3.*
*ab ejus ſignificato diſſonantes: videat, ne mentiatur ſibi iniq; qvi
fidem non in Chriſti verbis, ſed in ſignis & figuris nimis ſuperſtitioſe
aſtruit.* qvæ criſis imprudenter forſan excidit Goari, jugulat enim
Pontificios mixtionem aqvæ ſub fulmine anathematis urgentes,
qvibus ego pari modo reſpondeo: cæterum cum anathemate per-
cutiant Tridentini eos, qvi aqvæ mixtionem in calice reſpuunt,
tanqvam ab ejus ſignificato diſſonantes: videant ne mentiantur

ſibi iniqve, qvi fidem non in Chriſti verbis, ſed in ſignis & figuris, nimis ſuperſtitioſe aſtruunt. Eadem mens eſt Chemnitii in erudita ſuper hac re obſervatione. miniſterium autem illud apud Græcos peragunt qvidem *χαμισάτοι*, a lineis albis ſ. camiſiis ita dicti, de qvib. Goar. l. c &p. 241. 246. Gretſ. ad Codin. 1,14 2.

*P. 2 Exam. Concil. Trid. p. 307. edit. in 8.*

VII. Jejunii præcipue qvadrageſimalis non ſine Latinorum reprehenſione rigidior celebratio. Man. Calèca. *Plurimi it.* (Græcor.) *ſunt qvi occidentales, qvod non, ut ipſi jejunant, inſimulant. hoc autem Phariſæorum criminibus ſimillimum eſt.* it. *Latinos, conſuetudinibus ſuis, qvas ab initio acceperunt, utentes, hæreticos notant. Volunt enim, ſi fas ſit, omnes totius orbis gentes, ſub unam inducere conſvetudinem.* ubi Petr. Stevart. in marg. notat: *Græcorum arrogans conatq.* qvid vetat pro Græcis ſubſtituere Romanos, legi poſſunt etiam ſeqventia verba Calecæ, qvæ cauſam noſtram de jejunio egregie contra Pontificios defendunt, idemqve poſtea facit incautus Stevart. conf. Dallæus. Allat. *poſt banc* (ait) *dominicam* (Tyrophagi, ab eſu caſei nomen eſt) *die lunæ Græci jejunium qvadrageſimæ auſpicantur, aliter ac Latini, qvi Mercurii die incipiunt. Jejunant autem 5. diebus hebdomadis, ut excipiatur dies ſabbati & Domini.* Qvos non habent νηςίμς, ſeqventes in eo ritum vetuſtiſſimæ orientalis præſertim Eccleſiæ De aliis. Græcorum jejuniis vid. id All. Chriſt. Angel. J. Goar Et ſi placet aliqvid cognoſcere de ridiculo Armenorum jejunio, qvod Artziburium vocant, adi eund All. & Chr. Angelum.

*l. 4. p. 337.*

*Obſerv. ad Cal p. 460. l. 4. de Iejun c. 2. 3. 4. De Hebd. & Domin. Gr. §. 2.*

*P. C. 3. 8. 10. it. c. 9. 3. De Statu & rit. Eccl. Gr. c. 4. ſſ. c. 15. ſſ. c. 34. ſſ. & Fhelab. ib. ad Euchol. p. 207. de Heb. & Dom. Gr. § 8. de St. c. 17. theſ. theol. & hiſt. p. 79.*

Ad dogmata refero Animarum *παννυχισμὸν* ſeu pervigilationem, qvàm (ex mente Voſſii) nunc *ψυχυπαννυχίαν* nove vocant. Cujus aſſertores catalogo hæreticorum alioqvi accenſuit Bellarm. (qvamvis Johannem XXII. Papam auctores non contemnendi hujus erroris inſimulent) & Gretſer. ubi ex M. Epheſio iſtam opinionem repetit: *nos nec ſanctos dicimus paratum ſibi regnum obtinuiſſe, nec peccatores jam eſſe in Gebennam detruſos, ſed utrosq; eſſe in expectatione ſortis qvæ illos manet: idq; pertinere ad futurum tempus poſt reſurrectionem ad judicium. Fanaticam hanc veſaniam, & damnatum in Flor. & Trid. Concil. errorem* aſſignavit Græcis ſuis M. Caleca, L. Allat. & copioſius in ep. ad Boin. a §. 26. ubi magno conatu diſſenſionem in hoc argumento Græcorum a Lati-

*l. 1. de Beatit. c. 1. in tractat. de cœlo Græco-ſchiſm. p. 160. l. 4. p. 354. diſſ. de ll. Eccl. Gr. p. 136.*

Latinis amoliri conatur, ſed qvo ſucceſſu, alibi, ſi opus erit, oſtendemus.

II. Temerariam definitionem adventus Dominici ad Judicium poſt 7. annorum millia futuri. Qvem 4. ſynaxarii errorem reprehendit All. Ipſum autem tempus, juxta computum Græcorum eccleſiaſticum jam elapſum eſſe id. oſtendit ib. in diſſ. de hebd. Gr. §. 29. Rationem Græci qværunt in figura feſti Pentecoſtes, qvod poſt 7. hebdomades feſto paſchatis ſuccedit. *De libb. Eccl. p. 141.*

III Rigidam nimis cenſuram polygamiæ ut ita dicam ſucceſſivæ, de qva extat ſeverum valde Theodori Studitæ decretum apud All. Hodie qvidem rigorem illum non tam ſtricte obſervant, in eccleſia præſertim Conſtantinopolitana, ut adeo coronationem, h.e. benedictionem ſacerdotalem digamis non denegent. de qva *συγχωρήσει* Nicetas Metropolita Allatio citatus agit. Qvamvis autem hodie Græci nuptias ſecundas non damnent, qvod contra qvosdam Pontif. defendit All. & prolixe Arcud. non tamen nullam his nuptiis labem aſpergunt, *qvod benedictione ſacerdotali alicubi eas privant, & pœna aliqva bigamos mulctant, atq; ex indulgentia ſaltem aliqva incontinentibus iterum nubere permittunt.* Nicephori confeſſoris, iſta ſunt: *Bigamus non coronatur: ſed & præterea probibetur illibatis myſteriis communicare, annis duobus, trigamus vero qvinq;*, ad qvem locum doctiſſimus Goar hoc notat: *ſecundas nuptias Eccleſia Græca nusqvam peccati condemnat, incontinentiæ tamen labem eis aperte exprobrat ſeqventi officio pluribus in locis; immo cenſuris corripit: absq; ſacrorum namqve participatione vult illas celebrari.* Et parum abeſt, qvin digami cum Rahab meretrice & nobili illa peccatrice comparentur in precat. ib. p. 404. Mich. Glycas, qvem affert Allatius, moroſius in tertias nuptias invehitur, easq; vocat *παράνομον γάμον*. ib. approbat dictum Gregorii de qvartis nuptiis, qvod ſc. ſint vita ſuilla. plura de trigamia & tetragamia diſputat Arcud. *P.C. 3. 13. 31* *De Hebd. Gr. §. 35. P.C. 3. 8. 8. concord. 7. 27.* *In Euchol. p. 401.* *P.C. 3. 18. 8.* *Conc. l. 7. c. 28. & 29.*

IV Porrectionem S. Euchariſtiæ infantibus, ſtatim etiam a baptiſmate Arcud. p. 42. Jerem. p. 85. inqvit: *Nono dicitur baptizandos eſſe infantes: poſterius impertimur eis, ut dictum eſt, divinam communionem. Nam ut D. Baſil. ait, qvi regeneratus eſt ſpirituali qvoq; nutrimento indiget. Pueris atq; infantibus ſub unica* *ſpe-*

*ſpecie vini Eucbariſtiæ ſacramentum concedunt*, ait All. Barthold. autem Nihuſ.addit*: Nec video,cur morem hunc reprebendere poſſint Lutberani,cum ipſorum concionatores reſiduum ejus vini,qvod deſtinatum erat communioni, evacuare conſueverint, qvod me vidiſſe ſæpius prodidi Art. N.P. 1.n. 43. & viderunt alii. Qvod igitur concionatoribus licet,cur non etiam infantibus? DicetneCalixtus, infantes non poſſe probare ipſos? atqvi ad infantes illud non pertinet, cum a peccatis poſt baptiſmum puri ſint. An vero probant ſe concionatores Lutherani ſemper,priusqvam ſic bibant. Non magis qvam domi,bibituri in prandio.*Stomachaberis haud dubie lector, qvisqvis es, benigne, vel ad nudam ineptiſſimarum objectiuncularum recitationem; qvibus in re clara de communine nimirum ſub utraqve pulverem ob oculos ſpargere vult Nihuſius. Sed ita eſt, dicet ita Calixtus, neceſſitatem probationis urgebit, qvid tu contra. *Qvicqvid ſit, ais, communio infantum illa non eſt contra Apoſtoli boc, probat ſe bomo : a DEO certe ne præcepta eſt eis, neq; probibita; ſed relicta in manu Eccleſiæ; tantoqve minus videri debet abſona, qvod, ut infra docebo teſtimoniis, nec illicitum fuerit olim, neqve ſit inanditum; atramento miſceri ſolum (*fortaſſe ſolitum*)Cbriſti ſangvinem ab Eccleſiæ præpoſitis, & inde ſubſcribi anatbemati contra bæreticos perniciosiſſimos, idqve in maledictionem eorum*, qvis non admiretur inſigne probandi artificium novi artificis? en tibi verba, logos,nugas,petitiones principii. O Nihuſi,*ὐκ ἀποδεξόμεθα ἐὰν ὕθλυς τοιύτυς λέγῃς* Teſtor Deum,me al.toto animo abhorrere,ab iſto more, conviciis adverſarios proſcindendi, in qvo tamen diſputandi genere Nihuſius hodie facile Princeps fuit, at non qveo me prorſus continere, qvin Nihuſ. ob malitioſiſſimam virulentiam verbis Terentianis his characteribus deſcribam*: In alios qvidvis barum rerum convenit, qvæ ſunt dicta in ſtultum ; caudex, ſtipes, aſinus, plumbeus : in illum nibil poteſt : nam exſuperat ejus ſtultitia bæc omnia*, id vero adhuc pejus eſt, qvod centũ gemina conviciandi & calumniandi vexatur inſania. Hunc morem reprehendere non poſſunt Lutherani : qvomodo E. poſſunt Pontificii? qvare non poſſunt? qvia Nih.vidit concionatores Luth. vinum reſiduum ebibere? E. etiam infantes debent ebibere? cur non etiam furioſi? inprimis cum probatio ſui non ſit præce-

*P.C.3.9.6. Annot.1.ad diſſ. All.de miſſa præſanctif.§.5.*

*Heaut. A.5. Sc.1.*

præcepta ab Apoſtolo, ſi Nihuſio credimus. qvin imo ſi eidem credemus, nihil in tota Chriſtiana religione amplius erit præceptum, ſed omnia erunt indifferentia, ab unica Eccleſiæ, h. e. humana determinatione pendentia. Sed eo deveniendum erat blaſphemo homini, qvi ut ſacræ ſcripturæ autoritatem extenuaret, ſcripſit conditam eſſe illam a facinoroſis hominibus. Sed forſan Nih. non tantum eſt falli neſcius, ſed & omniſcius, & *καρδιογνώστης*, dum novit, Luth. Concionatores ad S. Synaxin acceſſuros non magis ſe probare, qvam pranſuri ſoleant? mitto calumniam; *1.Tim.4 4.* illud dico: Concionatores etiamſi al. optime norint, omnem bonam DEI creaturam ſumendam eſſe cum gratiarum actione & ſanctificatione, in ſumtione tamen vini ex communione reſidui negabunt opus eſſe tali probatione, cum ſumtio illa non ſit ſacramentalis. Hoc ſi neſcivit Nihuſius, cur nugatur? igitur *νήπιος εἰ ὦ ξεῖνε* qvi culpas, qvod non intelligis. Poſſum igitur tua qvibus in nos uteris in te retorqvere verba ex Teleſcop p. 93. *Diſputas ita, an qvis neſcis qvid concedamus, vel non concedamus? atqvi ſic imperitiam prodis rerum noſtrarũ, qvas intus & in cute notas eſſe tibi, & tibi melius, qvidem qvam nobis, clamitas ſemper; judiciisq; inde contra nos temerariis te reum peragis. Aut E. redeas prius & diſcas, qvid credamus aut doceamus, qvam nos impugnes judicesq;; aut mirus cavillator, & calumniator eris.* Jamqve vero agnoſco, Theologiæ te apud nos operam non dediſſe, & vix Neophytum fuiſſe, qvod al. de te cum jam totus papiſtificatus eſſes, (qvæ lepidiſſima vox lepidiſſimo huic capiti debetur) ad C. Barlæum ſcripſiſti. Non inſubide tamen aliqvis ſuſpicaretur, Nih. hoc probe ſciviſſe, ſed malitioſe diſſimulaſſe & qvi neſciverit, cum ipſum non fugerit nos extra uſum ſacramentalem ſacramenta non agnoſcere, & a transſubſtantiationis monſtro alienos eſſe. Sed nondum dimittendus eſt Nih. aliud ei adhuc eſt propinandum. Si valet conſeqventia, concionatores Luth. ebibunt poſt communionem peractam id qvod reſtat vini. E. ebibunt vinum benedictum, ſeu ſangvinem Dominicum, tum valebit, etiam veteres qvamplurimos, apud qvos olim particulæ panis reſiduæ comburebantur, ne ad promiſcuos uſus redirent, corpus Dominicum flammis tradidiſſe: dabis ne hoc Nihuſi? negabit tibi Calixt. præterea, qvamvis

id ad rem nihil faciat, infantes poſt baptiſmum a peccatis puros eſſe; petis principium, mi Nihuſi. Supereſt omnium fortiſſima ratio; calix Domini Infantibus haud abſone porrigitur, qvia nonnunqvam præpoſiti Eccleſiæ ſangvine cum atramento permiſto anathematizationes hæreticorum ſubſcripſerunt. totus contremiſco ad hunc arietem: dicit hoc non eſſe inauditum, factum aliqvoties ab Eccleſiæ præpoſitis. non eſt inauditum, E. nec illicitum; ita nempe nullum ſcelus erit illicitum factum eſt; E. jure inauditum non eſt veneficos & Judæos ſæpius ſymbola ſacramentalia ad diros uſus adhibuiſſe, E. nec illicitum fuit? nos vero illos eccleſiæ præpoſitos immanis ob id neqvitiæ, & extremæ impietatis poſtulamus. Verum mittamus tandem Nihuſium, & audiamus Goarem, de hac conſvetudine loqventem: *Cochleari, qvod λαβίδα dicunt, ſacro ſangvine intincto, guttulam e calice eductam, pueri lingvæ exſugendam opponunt, non ſine Latinor. ſcandalo.* audiamus etiam Arcudium ita perorantem: *Modo in gratiam Latinorum, atqve adeo ipſiusmet veritatis, qvorundam recentiorum Græcorum circa hanc adminiſtrationem falſa & hæretica mihi ſupereſt refellenda opinio. Nonnulli ſacratiſſimam Eucharistiam reipſa percipiendam, qvidam etiam confirmationem æqve neceſſariam eſſe infantibus ad conſeqvendam ſalutem, atqve baptiſmum, pro certe ſtatuere audent &c. Hinc pie lector, licet advertere, qvam magnas tenebras menti hominum fœdum atqve exſecrandum ſchiſma, & perniciosiſſima hæreſis offundant.* Hæc. Arcud. qvæ num conveniant cum dictatis Nih. aliorum eſto judicium. Notat deniq; All. alium Græcorum errorem, qvo B. Mariæ impotentem admodum dolorem ob ſupplicium Filii tribuunt, ut non modo pectus vehementer planxerit, ſed & genas dilaniarit, & capillos ſibi evulſerit.

*annot. ad. Rituale ſ. Euchol. p. 374. l. 1. c. 14. Concord.*

*add. etiam c. præced. & l. 3. fuſiſſimam diſp. c. 40. ſſ. diſſ. de ll. Eccl. p. 223. & 347.*

II. Originem & prima qvaſi ſemina ſchiſmatis imputat Bell. Theodoreto, & poſt hunc Theophylacto, de cujus ætate ibi labitur, concitata ex additione occidentalium ad ſymbolum Nicæno-Conſtantinopolitanum, illius formulæ controverſæ, Filioqve, inconſultis orientalibus facta, non obſtante additionis ſub anathemate prohibitione. Vocat hujus vocis in ſymbolum intruſionem αἰτίαν, cauſam ſchiſmatis Gregor. Protoſyncellus, Romanorum alias partium ſtudioſus apud All. Cantacuzenus in Hiſt.

*l. 2. de Chriſto. c. 21.*

Hiſt. Concil. Flor. Qvando autem & a qvo acceſſio ſit facta non *P.C.I.I.3.*
plane liqvet Bell. l. c. G. J. Voſſ. qvamvis p. 63. neget a I. P. Con- *Sylb.Sgur.*
ſtantinopolitanis hoc argumentum fuiſſe (id qvod etiam Jerem. *S.3. c 6. Diſſ.*
Patr. inficiatus eſt pag. 57 ) poſt tamen. p. 82. licet timidiuſcule *de 3. ſymb.*
Sergio III. Rom. Pont. ſedis invaſori, homini conſceleratiſſimo,
illud tribuit: at Jeſuitarum hodie doctiſſimus Dionyſ. Petav. ſta- *T. 2. Dogm.*
tuit, Nicolai I. ætate Romanos hoc additamentum admiſiſſe conf. *Eccl. l. 7. c. 2.*
Voſſ. l. c. p. 76. ſs. M. Ant. de Domin. Tempore certe Caroli M. *De rep. Eccl.*
& Leonis III. nondum fuiſſe publice factam illam intercalatio- *7. 10. 124.*
nem, conſtat ex ancilibus ſ. ſcutis argenteis, qvibus ſymbolum
Græce & Latine inſculptum erat, *qvi Papa, credo,* dicit Voſſ. *præ-
vidit, ſi qvid apponeret, vere pomum Eridos injectum iri in Eccle-
ſiam DEI.* Incendit eandem ſchiſmatis facem faſtus Patriarchæ
Romani, Principatum ſupra Conſtantinopolitanum ſibi irrogan-
tis, de qvo infra. Unicum h. l. addendum, Græcos fortaſſe tolera-
turos fuiſſe hanc additionem, ſi communi Eccleſiæ catholicæ judi-
cio, non vero particularis alicujus Epiſcopi auctoritate illa fuiſ-
ſet facta. Hanc objectionem cum Romanenſes viderent ſatis eſſe
validam, ad id devenerunt, ut longe diſparem eſſe poteſtatem Pa-
pæ Urbici, & aliorum Epiſcoporum contenderent; qvippe qvos il-
le ob primatum a Petro fundatum, infallibili judicio, & contro-
verſias decidendi jure longe anteeat. Eſtq; hoc illud ipſum, qvod *l. 1. de cauſis*
Nilus obſervavit, Latinos ſc. Græc. loco deciſionis publicæ & com- *diſſ. Eccl.*
munis, ἐπισείειν τȣ̃ πάπα καθάπερ μορμολύκειον ἀρχὴν. vel ut
Barlaam exprimit: ἐπὶ τὴν ἐξȣσίαν εὐθὺς, ὡς ἐπ᾽ ἀκροπολίν τινα,
καταφεύγειν. Hinc poſt illa, multa ultro citroq; fuerunt diſcepta-
ta, qvæ breviter contraxit Voſſ. l. c. p. 88. ſ. Photium producunt
Petav. Voſſ. All. Bar. M. A. de Dom. qvi primus plena & aperta *T. 2. D. E. l.*
contentione in catholicum dogma ſit invectus, idq; hæreſeos con- *7. c. 1.*
demnarit. Scriptores Rom. feciſſe eundem hoc ex mera tyrannide,
& prava libidine, perhibent, & ingentia convitiorum plauſtra in
eum convehunt: nos licet Photium culpa liberare nolimus, me-
rito tamen ſuſpectos habemus Romanenſes, eo qvod ſcripta
Photii combuſſerunt, adeoqve arbitramur, utrinqve non parum
peccatum fuiſſe: de qva re M. A. de D. l. c. n. 168. notabiliter ju-
dicat: Ita ingens ſchiſma a Primatus Eccleſiaſtici duobus procis

Nicolao & Photio, eſt inflammatum. Sed nos nunc totam illam Photianam periodum hic contexere nolumus, legat qvi volet conditores hiſtoriæ Eccleſiaſticæ veteres & recentiores, qvibus

*Præf. in Hiſt. Conc. Flor. Sylб. Sgur. L. I. Edit. a Rich. Montacutio Lond. Gr. L.*

non male addi poſſet R. Creygth. & ante omnia volumen epiſtolarum ipſius Photii. Qvicqvid tamen ſit turbatio illa jam compreſſa erat moderatione Joh. Papa; at, ſicut moderata conſilia Pontificibus nunqvam potuerunt probari, qvod vel Patrum noſtrorum tempora clamant, Marinus ſucceſſor Johannis, compoſitione deceſſoris improbata, effecit, ut qvi Marinum excepit Stephanus ſopitum tumultum de novo excitaret. Photium ſecuti ſunt alii, præcipue Michael Cerularius Patriarcha Conſtantinop. ad qvem a Photio dejecto per ſpatium annor. 165. non videtur

*Epiſt. ad Boin. § 6. P. C. 2. 4. 1.*

Voſſio de hac controverſia inter Latinos & Græcos diſputatum. Allat. annos circiter 150. at alibi 190. fere ponit. *Ulcus tamen* (aſſerit M. A. de Dom. l. c. n. 175.) *nunqvam in animis Græcorum ſanatum, ex 3. graviſſimis a R. Eccl. receptis ictibus ſemper hians, ſubinde in ſaniem diviſionis, & ſchiſmatis erupit. Qvod Sp. S. a Filio qvoq; procedere definierit: qvod privilegio primatus conſt. Eccleſiæ dato, perpetuo reſtiterit, & ſibi orientalem eccleſiam ſubjugare voluerit, velitq; qvod Imperium occidentale, opera Romani Pontificis, Græcis fuerit ereptum. Sed breviora qvædam ſchiſmata* (qvæ mox ſubjicit) *ſunt ſubinde compreſſa.* Græcis ſc. ad moderatoria conſilia

*Præf. H. C: Fl. L K. 2. Ad A. 1054. & . 1191. P. C. 3. 12. 4. l. 2. de Chr. c. 21 § cæterum. D. R. E. 7. 10. 176. ſſ. P. C 2 4 c. 9. ad f. lib. 2. In opuſc a D. Chytr. collect. p. 116. P. C. 10. 1.*

animos flectentib9, uti R. Creygth. caſtigato ſuper ea re bis Spondano, monet. Hic Michael vehementer adverſus Latinos inſurrexit, cujus ad Petrum Patriarch. Antioch. epiſtolam lege apud Baron. & Allat. una cum reſponſoriis Antiocheni. Conf. Bell. Poſt Cerularium conſtanter ſuam ſententiam retinuere Græci, qvorum hiſtoriam compendio texuit Voſſ. a p. 91. usq; ad f. diſſ. M. A. de Dom. Allat. hic qvidem unionem & concordiam mutuam fuiſſe pugnat, ſed ea profecto, qvæ ipſe affert, id non evincunt, qvin apertas diſſenſiones arguunt. Neqve Dogma orthodoxum de Proceſſione Sp. S. a Filio hodie admittunt Græci. D. D. Gerlach. expreſſe ſcribit de proceſſione Sp. S. non poſſe conveniri. Negare qvidem id audet All. inqviens: *Symbolum fidei; qvod ipſi profitentur, idem eſt atq; illud, qvod Latini in Miſſa recitant. Differunt in eo a Latinis, qvod ipſi de Sp. S. dicunt, Qvi ex Patre procedit, Latini,*

*tini, qvi ex Patre Filioq;. Id cum Græci non negent, idem cum Lati-
nis dicere exiſtimandi ſunt.* Sed qvale hoc argumentum, non ne-
gant, E. affirmant? Photiniani qvando ſymbolum Apoſtolicum
recitant, non negant Chriſtum & Spiritum S. eſſe æternum De-
um, ergone idem nobiſcum dicere exiſtimandi ſunt? Pergit All.
*Neq; hoc in loco qvid hæretici aut ſchiſmatici dicant, attendendum
eſt, ſed qvid communiter ipſi ſymbolo fidei, & in aliis expoſitionibus fi-
dei profiteantur. Nemo enim ad hæc tempora illis appoſuit, qvi ex ſo-
lo Patre procedit, & non a Filio.* At omnino videndum eſt, qvid
ſchiſmatici dicant, nam ſi pro conſenſu tuo producas Latinos mer-
caturæ gratia in Græcia habitantes, advenas qvosdam, captivos, &
ſubditos R. Pontificis, qvi recenſentur P. C. nihil ages: æq; atq; ſi 3.10.3.
hos eosdem pro conſenſione Eccleſiarum Septentrionalium cum
Romana producere velles; vel ego conſenſum Eccleſiarum Gallic.
Italic. nobiſcum, inde arceſſere conarer. Qvare autem Græci ad
hæc usqve tempora illa particulas ſymbolo ſuo non appoſuerint,
cauſa eſt non conſenſus cum Latinis, ſed reverentia Majorum
ſuorum, & metus anathematiſmi Epheſini, licet præpoſterus. At
certe in aliis expoſitionibus profeſſionis ſuæ mentem ita aperiunt,
ut a ſolo Patre procedere Sp. S. defendant, a Filio autem negent. *Obſerv. ad M.*
Audiamus Stevartium hæc notantem: *Prima qvæſtio & potiſſima,* *Cal. p. 434.*
*& fere unica initio erat de proceſſione S. Sp. qvam Græci ex ſolo pa-* *Ad Io Vytem-*
*tre eſſe contendunt.* Audiamus Cyrill. tum Patriarcham adhuc A- *bogard. in E-*
lex. ſcribentem: *Eccleſia Græca Sp. S. a Filio eſſentialiter & interne,* *piſt. Eccl. &*
*& qvoad eſſe, procedere negat.* Audiamus Parthenium in Synodo *theol. Vir. Er.*
A. C. 1642. Jaſſi celebrata contra Cyrill. Lucarim, *qvi inter alia* *& Præſt. p.*
*dogmata Calvinicam hæreſin profitentia, & a catholica orientalium* *402. All. P.C.*
*religione longiſſime diſcrepantia, primum collocat id, qvod æternam* *3.11.5.*
*& ſubſtantivam Sp. S. proceſſionem ex Patre Filioq; conſtituerit, præ-* *præf. ad Chr.*
*ter Eccleſiæ Catholicæ mentem.* citat hoc decretum etiam Dn. Fhe- *Angel contra*
lav. noſter, addens, ante annos 36. Metrophanem Alexandrinum *Grot. Reſp. I.*
orationem habuiſſe, & defendiſſe proceſſionem a ſolo Patre. Je- *p. 57.*
rem cum primum Aug. Confeſſ. articulum de Deo approbaſſet,
ſubjicit, *excepto eo de proceſſione Sp. S.* in quo p. 200. nos diſſentire
reſpondet: qvippe qvæ p. 201. *ſit ex ſolo Patre, qvin & nova nos in
hoc capite comminiſci, noſtramq; ſententiam* p. 212. *multa abſurda*

*conſeqvi, aſſeverare non dubitat.* pag. 349. duris verbis noſtros dogma verum animoſe defendentes increpat, & p. 362. τȢτο τὸ δόγμα οἷον ȣ̓ρανόμηκες τεῖχος τȣ́τȣς ἡμῶν διεςῶν vocat, ad eum fere modum, qvo in Hiſt. Sgur. paſſim κατ' ἐξοχὴν nominatur ἡ δόξη; καθολικὸν ζήτημα τῆς δόξης, in qvo ἡ καθόλȣ ἐςὶ διαφορὰ ζήτημα τὸ διαιρȣ͂ν ἡμᾶς; μεῖζον καὶ καιριώτερον. conf. Bell. & doctiſſ. V. Everh. Elmenhorſt. Qvæ tam clara eſſe judicamus, ut mirandum ſit, Virum eruditiſſimum & rerum Græcanicarum peritiſſimum L. All. non loco tantum citato contrarium nobis perſvadere velle, ſed eadē alibi recoqvere, ubi addit: *eos, qvi absq; additione ſymbolum recitent, hoc Eccleſiæ R. nutu peragere, qvæ in Concilio Flor. id illis permiſerit, dummodo animo crederent, ex Filio qvoq; procedere.* ubi illud de nutu. R.E. ridiculum eſt, & tanqvam falſiſſimum ex Hiſt. Conc. Fl. explodendum: alterum; ex animo credere, & tamen a profeſſione, qvæ ore fit, abhorrere, vel eſt abſurdum, vel hypocriticum. haud abſone Allatio qvispiam hoc qvod Latini Græcis objecerunt occineret: *at qva aut qvalis eſt hæc Unio,* (vel conſenſio?) *corporibus invicem converſari, animo vero & communi intelligendi ſenſu, in rebus fidei, ſalutem æternam ſpectantibus, toto cœlo diſterminari?* Neq; tamen hoc ſolum αἴτιον vel ἀφορμὴ cauſa & occaſio fuit ſchiſmatis, ſed & alia incendio huic materiam ſubminiſtrarunt, idqve latius paulatim diffuderunt, ut ſunt concertationes de cultu imaginum: donatio Exarchatus Ravennatis Pontifici Romano: Diviſio Imperii: ingenita qvædam nationum ἀντιπάθεια: contentio de dominio in Bulgaros: Legatorū Rom. inſolentia & avaritia, qvæ curriculo percurrit Voſſ. Creygth. Stevart. ex MS. Biblioth. Bav. a Frr. Prædic. contra Græc. compoſito, hac in marg. adjecta epicriſi: *Eadem* (de Avaritia) *prorſus fuit Lutheri & Lutheranorum olim qverela, qvando defectionem ab Eccleſia moliebantur: iniq; prorſus, mendax, & calumnioſa utrobiq;, qvam eorum iniqviſſimi diſcipuli etiamnum afferunt.* Æqva prorſus, Stevarti, vera & juſta, ſi modo initium reformationis ob nundinationes indulgentiarias factum conſideres.

*T. 1. l. 2. de Chr c. 20. ſſ.*
*Not. ad Gennad. Maſſil. de Dogm. Eccl p. 99. Epiſt. ad Dn. Boin. §. 10. ſſ.*
*Sgur. in f. S. 8.*
*Obſerv. ad Cal. p. 496.*

III. Robur & incrementum accepit hoc ſchiſma eo temporis articulo, qvo ex ſchiſmate hæreſis facta eſt, qvo mutuis anathematiſmis invicem certarunt, qvo bella idolomanica exarſerunt. hæreſis inqvam agnita a Latina Eccleſia, tum clare, tum

conſe-

conſeqventer, & patefacta ex Biblica hæreſεως definitione in Hodom. Pap. Clare hæreſeos dicam Eccleſiæ Græcæ ſcripſerunt Bellarm. & Allat. de II. Eccl. Gr. ut non videas, qva fronte tantus vir ea, qvæ nunc extruit, nunc rurſus deſtruat & convellat. Scribit ipſe, Typicum & Triodium eſſe inter libros ſolennes & publicos, qvibus in Eccleſiis ſuis utantur: in his autem graves & hæreticos errores contentos eſſe arguit, & tamen in opere de P.C. it. ad Boin. ac alibi paſſim inficiatur, Græcam Eccleſiam eſſe hæreticam, & nonnunqvam ad publicas profeſſiones, privatis qvorundam opinionibus faceſſere juſſis, provocat. Verum, an non hi libri ſunt formulæ fidei publicæ? p. 143. ita incipit: *Qvintus error erit, qvem ſi multorum errorum qvaſi in unum congeriem dixeris, verum dices. Eſt enim veluti fœcunda mater errorum multijuga ſobole fœdiſſimus. In ſecunda namq; qvadrageſimæ dominica, qvam ex reſtituto imaginum ſacrarum cultu, & hæreticis profligatis, ὀρθοδοξίας qvaſi rectæ fidei nominant; ubi veræ rectæq; fidei profeſſionem emittunt, & ſingula religionis capita, palam & in aperto, voce alto confitentur, ſectarios eorumq; hæreſes, iteratis anathematis damnant, neſcio qva ratione dæmon malus impie omnia ita confundit, ut hæreſεων potius proteſtatio, qvam rectæ fidei dicenda ſit:* qvæ deinceps prolixe perſeqvitur & p.153. (non pigrabor enim deſcribere, qvia liber in paucorum eſt manu) *plurimis, qvi in Eccleſiam Latinam & ſcripto & verbo invecti ſunt, acclamat, & orthodoxos ad ſanctos pronunciat* (ſynaxar. ſc.) *Inter eos, ne ſingulos recenſeam, ſunt Photius, Siſinnius, Cerularius, Mich. Anchiali* &c. qvos tandem pag. 190. hoc elogio dimittit: *Si iſti orthodoxi ſunt, ſi iſti ſancti, jam nemo in illa Eccleſia hæreticus erit, nemo improbus. neq; ipſe Macedonius, neq; Arius, neq; Conſtantius, neq; alii, qvi eccleſiam catholicam minus hiſce portentis ac falſariis vexarunt. Cum eorũ hæreſis non ita in omnem Græcorum Eccleſiam, nec tam diu graſſata, ſanctiſſimor. hominum ope extirpata radicitus evanuit, at horum ſenſim in illam Eccleſiam illapſa adeo invaluit, ut per omnes fere illius filios diffuſa ſit, eosq; tot annorum ſpatio deturbatos ab Eccleſiæ R. gremio abſcidit, eaſq; radices egit, ut jam de ſalute prudentiſſimi qvidq; deſperent.* Qvis contra Allatium, & in negatione perſiſtentem Nihuſium, majus Allatiano teſtimonium optaret proferri. Nec hoc ſatis eſt: Latini inſuper Græcos tanqvam hæreticos vi & armis perſecuti ſunt, confi-

tetur

*P.1. p.10. 2 de Chr. 21. & de Not. Eccl. l.4. c. 8. §. dico 2.*

*Diſſ. de ll. Eccl*

*progr. 2. ad A. cad. Proteſt. § 2. & 7.*

*P.C.a.13.1.*

tetur id. Allat. qvod §. 2. hoc modo excuſat: *opus erat, effrenes, proprieq; fidei rebelles, & veritatis oppugnatores, non exilio, ſed ferro & igne in ſaniorem mentem reducere. Hæretici proſcribenda ſunt, exterminandi ſunt, puniendi ſunt, & pertinaces occidendi, cremandi. Ita leges ſanciunt; ita obſervavit antiqvitas; nec alius eſt mos recentiori Eccleſiæ:* poſterius concedo, prius neg. & poſt pauca: *Mitius ſane cum Græcis actum eſt,* (ecce mitiſſimum Allatii ingenium) *dum ſuos * præſules cum integra facultate, & ſacerdotes, ut Græcis imperantibus ſueverant, ſuis ritibus vivere permittuntur, dummodo, uti par eſt, caput Eccleſiæ agnoſcant: id ſi renuant, & errores fovere non deſinant, an male cum illis agitur, ſi poſt prævias monitiones pendant & ferro flammisq; dant ſupplicium?* Non exiſtimaſſem hominem theologum in ſuos populares, tam truculentam ferre ſententiam: qvid non expectent alii? conf. ib. 2, 15. 7. & qverelam Cyrilli de perſecutionibus Jeſuiticis in oriente. Et qvid ni dicam hæreſeos ſcriberent Pontificii Græcis, cum fundamentum Papææ ſynagogæ convellant:

** lapſ. fort. Gramm.*

*l. ſup. c. p. 412.*

*Lat. confert. Bona 6. Vulcan. & Io. Lugd. ediditqve admodum juvenis Cl. Salmaſ.*

Primatum ſc. Papæ œcumenicum. v. Nili & Barlaami tractat. de Prim. Pap. Cyrill. Alexandr. l. c. p. 402. Goaris epiſt. ad Nih. in opere Allat. de P. C. p. 1659. ideoqve etiam Jerem. p. 103. Eccleſiam Græcam omnium Eccleſiar. patriam & moderatricem ſeqve Patriarcham œcumenicum indigetat, conſul. All. P. C. 2. 3. imo perlegatur totum opus Allatianum, & apparebit, Græcos ſemper fuiſſe deteſtatos hanc doctrinam, ex cujus fere ſolius perpetua agitatione innumeræ turbæ in Eccleſia poſtmodum orientali & occid. fuerunt exortæ; vix unqvam autem tam late eam depopulatæ, qvam cum altercationes Acacianæ foverentur, qvibus utcunqve ſopitis; nihilominus ſcintillæ ſub cineribus aliqvandiu contectæ, in apertam flammam per negotium Ignatianum & Photianum denuo proruperunt, qvæ omnia nunc repetere inſtituti noſtri ratio non permittit. videndi poſt ſcriptores Eccleſiaſticæ hiſtoriæ, & Allatium, præſertim D. G. Calixt & M. de Dom. qvi diligenter totum hiſtoriæ Acacianæ contextum ordinarunt, & Baronii commenta, veris narrationibus inſerta, refutarunt. Neutiqvam omitti debet, qvod qvaſi re bene geſta ſcribit All. l. d. *Patriarchæ Conſtantinopolitani poſt Acacium Catholici, excepto non nemine, Romanam & catholicam fidem, etiam ſcripto profeſſi,*

*P.C.1. 195. & 26. Petav. Rat. Temp P. 1. l. 6. & 7. Appar. Theol. p. 261. ſſ. de rep. Eccl. 7. 10. an. 131. ad 166.*

*a Ro-*

*a Romanis Pontificibus nunqvam in communionem admiſſi ſunt, qvod Acacii nomen excommunicati, e diptychis eradere noluerint. Et licet pro religione catholica & exilia & tormenta atrociſſima perpeſſi ſint, mortemqve etiam ipſam pro fide catholica obierint, nihil ipſis tantarum virtutum merita, & labores exantlati, ob hanc ſolam cauſam, in Eccleſia catholica profuerunt: ideoqve nec a ſuis Græcis, etſi al. meritiſſimi, in faſtos Eccleſiaſticos relati ſunt.* Qvicqvid igitur agas patiarisve pro fide orthodoxa, papæ autem juſſa non adores, in communionem ſanctorum admitti neqvis.

Conſeqventer, perqve latus Eccleſiæ Lutheranæ, in qva hæreſeos damnantur ſeqventia dogmata, in qvibus Græci nobiſcum conſentiunt.

I. In negatione deſcenſus Chriſti è cœlo in ſacramentum Euchariſtiæ, qvam ſententiam Jer. Patr. 86. vocat blaſphemam v. D. Dorſch. *Proœm. μυσαρ. Miſſ. cont. Herber.*

II. In aperta communionis ſub utraqve neceſſitate apud eundem Jerem. p. 129. *Seqvitur jam, ut ad abuſus* (Pontificios) *qvos dicitis, reſpondeamus. Dicitis itaqve primum, ὅτε μεταλαμβάνειν δεῖ, in S. cœna percipiendam eſſe utramqve ſpeciem: & recte dicitis. Sic enim & nos facimus.* Planius adhuc Arcud. *Neo Græci ὑπὸ τῆς ἄγαν σοφίας multa διέφθειραν, ea qvoqve cæteroqvin optima, falſa adhibita interpretatione, vel hæretica, vel ſuperſtitionis plena ut viderentur, effecerunt. Exemplum ſit. Orientalis Eccleſia præbet populo ſacratiſſimam Euchariſtiam ſub utraqve ſpecie, hoc apud majores noſtros inter ἀδιάφορα cenſebatur. Egregii noſtri inter recentiores Græcos, qvamvis non omnes, ea in re præcepti neceſſitatem nobis imponunt. Unde rem per ſe bonam, mala interpretatione, expiacatam verterunt in hæreſin.* conf. Allat. & Nihuſ. qvi qvid certant, *fieri id apud Græcos non neceſſitate præcepti divini, ſed mere eccleſiaſtici.* Sed nos theſiophylaci Nih. pro feſtivitate ſua non diſputanti contra D. Crotium, ſed jocanti, non credimus, etiamſi centies id aſſeveret; potius aſſentimur Arcud. qvi modo pro nobis locutus eſt, & rurſus loqvetur, dum hæc ſuppeditat: *Eſt ergo antiqva conſvetudo,* (communicandi ſub utraqve in primitiva Eccleſ.) *& tolerabilis, modo Græci recte judicent de ipſa rei veritate, ac bene ſentiant de aliis, unam tantum ſpeciem juxta præſentem uſum catholicorum ſumentibus. Verum poſteriores Græcorum rem adia-*

*1. Concord. 14.*

*P. C. 3. 9. 6. ep. ad Boin. §. 18. ib. Nihuſ. progr. 1. §. 15. l. 3. Conc. c. 50.*

*phoram verterunt in hæreſin, qvippe nonnulli eorum, ex verbis Salvatoris male intellectis, ad utramqve ſpeciem ſumendam nos obligari temere opinantur. Sic Jerem. Patr. Conſt. in epilogo ſuæ cenſuræ aſſentitur hæreticis, una cũ illis inter abuſus, ut ille falſo exiſtimat, Eccleſiæ R. hunc primum enumerat, non præbere utramq; ſpeciem.* Jeremiæ reſpondere nititur. Nih. ne nihil dicere videatur; remq; confectã putat, qvando impuro ore illud *Edite, nugas* nominat: at vero hominem, ut dignus eſt, ita exornatum, ita depexum dedit Doctor meus in nuthetic. & 10. ἀποδείξεσι os ipſi ita capiſtravit, ut obmutuerit. Goar ſeqventia annotat: *Portis* ( in communione laicorum) *ſacri adyti reſeratis, diaconus ſacra deferens egreditur, calicemq; in qvo panis conſecratus intinctus eſt, populo manifeſte oſtentat.* & poſt pauca: *particulam qvamlibet ſangvine perfuſam* ( cuncta enim fragmenta panis in calicem merſit) μαργαρίτην, *qvaſi unionem pretioſiſſimam vocant;* ( de qva v. Allat.) *eamqve cochleario parvulo pro communione è calice educit.* De communione ægrotorum id. p. 152. talem ſermonem inſtituit: *Ægrotorũ vero præſanctificatum panem, non niſi ſemel in anno conſecrant, & ſacro ſangvine intingunt: qvem ritum licet ſeverioris notæ cenſura damnet Arcud. ut qvi ſacramentales ſpecies freqventius vellet renovari, neqve ſangvinis ſacri ſpecies ad furnum aut ad ſolem exſiccari: Sed nec furni, vel ſolis ardore, ſed vivo acerræ ſacratæ ſacro diſco ſubjecto igne, cunctum humorem exprimunt. at deinceps, cum infirmo in exitus hora, viatico Euchariſtiæ muniendo particulã aſſumunt, vino communi reſpergunt, ut ſopitæ & exiccatæ ſangvinis ſpecies, qvaſi de novo exſuſcitari & emergere videantur.* Nihil nunc de more hoc panem intingendi diſputo, qvem contra Hũbert. Cardinal. defendit All. Arcudio certe damnatur 3. 17. & 56. renitentibus Allatio & Goare. nihil dico de prodigioſo commẽto, an ſpecies vini exſiccata vel evaporata iterum excitetur duas tantũ ſpiſſas falſitates Nihuſii ſubnoto, ſcribẽtis: *ſuperficiei* (panis) *cochlear vix multo plus imprimit humoris iſtius, qvam uno capiant hauſtu ſitientes muſcæ qvatuor.* ( ita profanus homo in rebus ſacris ſemper jocatur) Goar autem vocat panem ſangvine perfuſum, liqvore delibutum, in calicem merſum. 2. ait Nih. *visne plura: ne qvidẽ qvi poſtridie diutiusve poſt manducant ſuperficiem ſic tinctam* [ notetur elegantiſſima phraſis, ſuperficiem manducare, non ſemper occur-

*ann. 1 admiſſ. præſanct. All. §. 19.*

*ad miſſ. Chryſ. in Rit. p. 151. Chr. Angel. c. 25.*

*epiſt. 1. ad Jo. Morin. de templ. recent. Gr. §. 16. ſſ. edit. Col. p. 145. edit. Pariſ. 3. 3. & 17.*

*l. 1.* συμμ. *epiſt. 2. pro comm. ſub Una.*

*de ll. Eccl. Gr. p. 36. ad Rit. p. 208. progr. 3. §. 8.*

occurrit, ideoqve notetur ] *niſi ſub ſpecio ſicca fiunt Eucharistiæ participes. qvare? qvia exiguus admodum humor iſte, ſicut penetrare maſſam totam neqvit, ita lore vel æſtivo vel adſcititio tenues reſolutus in auras, reliqvit eam ſiccam, & ſic ſolam ſine ſacramento ſangvinis, qva de re fuſe meus All. Qvarat, inveſtiget iterum iterumqve meus Marpurgicus, an Chriſti ſangvis evaporet una cum ſpeciebus. Calviniſta eſt, hinc ita cæcutit in re neqvaqvam difficili catholicis, aut etiam ſchiſmaticis Græcis.* Relegantur nunc verba Goaris, & refutatus erit programmaticus. At vero dices Goari jãjã occurrit All. opuſculo a Nih. laudato? neq; ego hoc nego, ideoqve prius dixi, mę nunc de more non diſputare, nec de evaporatione, & nova ſpecierum reſurrectione, qvam cum Allatio figmentum omni philoſophiæ adverſum eſſe judicio, ſed præterea novam ſobolem ex pullitie fabularum de transſubſtantiatione noviter excluſam ſtatuo. Hoc ſaltem innuo, aſſervationes Nihuſii non tam certas eſſe, ut non ex ipſis Latinis habeat, qvi contradicant: hoc innuo jactationem conſenſus vanam eſſe, cum nihil fere dicatur a primariis conſenſus aſſertoribus, qvod alii non iterum avertant. Hoc innuo, Allatium nondum probaſſe, Græcos non ea fini panem in vinum intingere, qva nos volumus id fieri. Eſto, communiçarint aliqvando vel communicent ſub una ſpecie; eſto; vinum, ſi panis diu aſſervetur, exhalet? tamen qvando ordinarie in Eccleſia S. Synaxin celebrant, id qvod nos facimus faciunt. Mitto qvod nos cum Goare tueri poſſumus, auctoritate Græcorum utramqve ſpeciem in præſanctificatis agnoſcentium apud ipſum Allat. Immo ex Euchólog. ubi ſacerdos primo orat, ut corporis & ſangvinis fiat particeps; ſeqve poſtea utriusqve ſpeciei participem factum eſſe profitetur. nihil autem agit All. dum ex hac conſuetudine abſurda qvædam elicit: eſto enim ſeqvantur, nunqvam tamen effugiet, ut non invitus etiam deprehendere cogatur, Græcos propterea panem vino tingere, ut ſub utraq; communicent, ideoqve §. 19. concludit: *utinam contumacem in communione populi publica, ſub utraqve defendenda, animum deponerent.* Lubet attexere verba Gabriel Sionitæ: *Prima controverſia eſt; utrum & qvibus caſibus adorandum Euchariſtiæ ſacramentum, ſub unica ſpecie conferatur apud Maronitas, aliosqve populos Orientales? Dico, Infantibus, ſacro fonte nuper ablutis, & puerulis, cochlear*

*In συμμ. l. 1. opuſc. 1. p. 204.*

*de Præſanct. §. 17. ſſ.*

*Epiſt. ad Nih. in συμμ. All. l. 1. p. 295.*

 *lear*

*lear ſolo ſangvine delibutum, ſugendum exhiberi: ad bellum perrecturis, & longum ſive periculoſum iter ingreſſuris, ſacrum pignus, ſub una ſpecie panis, ſecum aſportandum concedi; ut illud, imminente vitæ diſcrimine, præſumant. Duobus hiſce caſibus ſecluſis, cæteri omnes cujusvis ætatis, & conditionis Maronitæ, communicant ſub utraqve ſpecie. Arcuduis, Caryophilus, & alii, non vulgaris auctoritatis viri, plures enumerant caſus, in qvibus Græci, tam ſacerdotes, qvam laici, communionem ſumunt ſub ſola ſpecie panis. Neqvaqvam adverſor: celebres ſunt, fide digni, ſed, qvicqvam tibi ſuggerere, qvod aut e lectione librorum, aut praxi non didicerim, crediderim perinde eſſe, ac ſi tuo abuti velim candore &c.* Inqvies, Gabr. Sion. novennis in Europam advectus eſt, & falſo aliqvo rumore deceptus, qvod injicit Abr. Ecch. idemqve Abrah. plures caſus commemorat in ep. ad Nih. & CLL. Holſtenius ad eundem? Hoc eſt de qvo conqverimur, nihil ſc. certi à Pontificiis referri. 2. Arcud. & Caryoph. etiam decennes in Italiam ſunt deportati. 3. non tantum plures ſe caſus in praxi non obſervaſſe commemorat Sionita; ſed nec legiſſe. 4. communionem publicam nihilominus fieri ſub utraqve. 5. non omnia nobis credenda, qvæ proſelyti Romani ad favoris aucupium dicunt. Qvid autem eſt illud, qvod §. 3. hujus Ep. ad Nih. ponit Allatius: *Neq; denegandum eſt, tum, cum recens panis ille ſangvine adhuc fluido tingitur, utramqve ſpeciem & eſſe & conſpici: attamen cum vinum exſiccatur, & vini qvicqvid fuerit deperditur, non amplius utraq;, ſed tantummodo una eſt ſpecies; & qvi panem abſumit, ſacramentum Euchariſtiæ, ſub una tantum ſpecie, corporis ſc. abſumſit, cum ibi nulla vini ſubſtantia remaneat.* qvid? qvorſum abit ſangvis ille Chriſti, utut in ſuperficie tantum hærens, in tenues ne reſolvitur auras ſangvis Chriſti incorruptibilis? Id vel ſaltem nolint Græci, qvod ſi enim panem conſecratum, ut habet All. ab omni corruptione & putreſcentia vindicant, cumqve id aliqvando contigiſſet, inſtar prodigii, & futurorum malorum prænuncium non ſine lachrymis narraverit Pachymer. qvi talem evaporationem admittent? abſurdum non debet videri Allatio, vel Nihuſio, vinum vel ſangvinem neqve exſiccatum neqve deperditum fuiſſe, etiamſi ſenſibus id factum eſſe comprobetur: nam in transſubſtantiatione nullum ſenſibus relinqvitur judicium. Confirmat id amplius Nihuſius, juxta qvem

*abſur-*

*in not. ad cat. Hebedi. p. 85. ad P.C. ſubi. p. 1663. l. 2. συμμ.*

*All. de Abisſin*

*Pro Gr. comm. ſub ſp. Unica.*

*De qvorund. Græc. opin. p. 172.*

*l. 7. Hiſt. c. 28.*

*ann. 1. de comm. orient. ſub. V. § 5.*

*abſurdum videri non debet, in vaſculo vinum, à religioſa qvadam femina, nomine Fretburg, tempore Ludov. Pii, qvod audierat eſſe viaticum Chriſtianorum, tribus fere annis fuiſſe conſervatum; præſertim ſi fuit benedictum. nam & aqva baptiſmatis diu manet incorrupta, & idem hoc de vino benedicto notat M. Caleca, referente etiam Gretſero.* Vidit hanc objectionem eruditus V. J. Goar, & tricatur, ſed non extricat. Legi etiam poteſt controverſia de incorruptibilitate vel corruptibilitate corporis Chriſti ſub Alexio Angelo enata, qvam ex Nicetæ l. III. commemorant Allat. & Simpl. Verin. Nec prætereunda commentatio Dn. Præſidis mei, de lipſano ſangvinis Chriſti, non uno in loco apud Pontif. aſſervati: Qvid præterea eſt ib. illud alterum Allatii? *qvi panem* (vino ſc. exſiccato) *ſumit, ſacramentum Eucbariſtiæ, ſub una tantum ſpecie, corporis ſc. abſumſit, cum ibi nulla vini ſubſtantia remaneat?* argumentor contra All. ubi nulla vini ſubſtantia remanet, ibi ſangvis non ſumitur, in bibitione ſacrificuli nulla vini ſubſtantia remanet, E. neſcio an hoc ſint conceſſuri? adnecto aliud ex §. 4. *Namqve ut vini ſubſtantia ſit, non tantum odor, color, & ſapor, ſed neceſſario etiam reqviritur humor, & fluiditas ipſa, ut per modum potus, nō autem eſus, hauriatur,* argumentor: ubi eſt odor, color, ſapor, humor, fluiditas ipſa vini, ibi etiã eſt ſubſtantia vini; E. non mera accidentia; E. nulla trãsſubſtantiatio ulterius; Vinum non editur ſed bibitur: E. corruit nobilis illa exceptio; laicos accipiendo corpus Chriſti, accipere etiam ſangvinem, qvia corpus non ſit absqve ſangvine. nego ex aſſertione, qvoniam ſangvis non editur, ſed bibitur. Multa qvidem garrit adverſus noſtras aſſert. de comm. ſub utraqve occupatiſſimus Nih. & triumphum canit, nominatim (verba ſunt triumphatoris, alles eqvis in collem Capitolinum vehendi, videtur enim id appetere homo gloriolæ appetentiſſimus) de Hulſemanno, Hornejo, Calixto: Verum fluctus tam ingentes & molimina

*Sumula caſ. conſc. de Sacrament. c. 10. not. ad Euchol p. 208 P. C. 2. 13. 3. De tranſubſt p. 208. ſſ. P. 1, Hodom. Pap. p. 709.*

*Ann. 1. 2. 3. & Epilog. ad Acad. Proteſt.*

Pulveris exigui jactu compreſſa qvieſcent.

legatur diſp. Calixti de comm. ſub V. & conferatur cum exceptiunculis Nihuſianis, & qvilibet exclamabit illico, heu qvantis Nihuſius excidit auſis! qvin imo arbitror unumqvemqve ex iis, qvæ nos hactenus diximus, animadverſurum, Nih. ante victoriam, ante pugnam, pæana cecinisſe. Sed profecto vicit doctiſſimos viros,

conviciis nempe, ſcommatibus, maledictis, qvæ αὐϑῶ τῷ ϑυλάκῳ congerit in præclariſſime de orthodoxia meritum D. Hulſeman. Scribit is: *Eam*, *(* comm. ſub Utraqve *) tota Græca Eccleſia ſemper obſervavit juxta Chriſti inſtitutionem, atqve obſervandam ita ſemper docuit. O temeritatem*(R. Nihuſius) *incredibilem!* Imo Nihuſii negantis. *Qvum legeritis noſtras All. Annotat. Hulſemanni veſtri deſpuetis impudentiam ipſimet, ſcio certiſſime.* Legi, o Nihuſi, & deſpuo tuam impudentiam, qvod ſcias certiſſime. Ponit Hulſ. n. 12. *Falſum eſt qvod apud Græcos in Qvadrageſima, aut apud Latinos in die paraſceves ſola panis ſpecie, publica ſit inſtituta communio. Ideo enim dicta eſt hæc communio præſanctificatorum, in plurali numero, qvod non ex ſola pane, ſed utrisqve ſymbolis antea conſecratis conſiſteret, nec allegati a Jeſuitis teſtes, unqvam ſecus aſſeruerunt.* Reſp. Nih. *falſiſſimum hoc apud nos: neqve enim præſanctificata dici, propter panis viniqve ſymbolum, ſed qvod plures ſint particulæ, qvæ conſecrantur.* falſiſſimi E. ſunt teſtes a Jeſuitis citati, qvorum Hulſ. meminit. falſiſſimi E. Jeſuitæ falſiſſimis teſtibus uſi; contra hos enim diſputandum eſt Nihuſio primario, non contra Hulſ. Qvod Nih. probe vidit, & idcirco illa verba: *nec allegati a Jeſuitis teſtes, unqvam ſecus aſſeruerunt,* ſycophantice omiſit. dabit mihi Nih. veniam, qvod hac voce utor, ipſe enim eam prius adverſus Dn. D. Hulſ. iniqviſſime uſurpavit. Qvicqvid autem ſit de eo, qvare præſanctificata dicantur in num. plur. obtinet tamen Hulſ. id qvod vult, ſc. in præſanctificatis non inſtitutam eſſe communionem publicam ſub una, idqve probat ex Liturg. Gr. ordine Rom. & Alcuino, in qvibus mentio fit utriusqve ſpeciei. & adeat Nih. Euchol. & reperiet, Græcos aliter non eſſe perſuaſos, qvam ſe in Præſanctiſ. utramqve uſurpare ſpeciem: adeoqve verior adhuc eſt vulgata ſententia de præſanct. ob utriusqve ſymboli præſentiam in plurali ita dictis, qvam nova illa ab All. allata, & a Nihuſ. adamata. non nego, utramqve obtinere poſſe. Interim qværo ex Nih. an, qvando Græci confitentur, ſe in præſanctiſ. accipere τὰ ἅγια λείψανα, δῶρα, in plurali id efferant propterea, qvia plura ſimul ſunt conſecrata; an qvia non unum ſed duo ſunt ſymbola, qvorum fuerunt participes facti? prius aſſerere eſt ridiculum; qvæ enim ratio, ego accepi ſacra lipſana, ſacra dona, in plurali, qvia illa una cum pluribus aliis ſunt conſecrata

Man. A. C. diſput. 20, Proœm. n. 4.

q. 7.

erat a? cur non potius diceret, accepi ἅγιον λείψανον, ἅγιον δῶρον? an enim plures unus particulas accepit? poſterior vero aſſertio aptiſſime qvadrat; accepi ſacra dona in plurali qvia utroqve ſymbolo uſus ſum. Nec deſiſtit Nih. ſed clamat: *Recitas ex ordine Rom. vinum etiam non conſecratum, ſed ſangvinem Domini commiſtum, ſanctificari per omnem modum, ſi per omnem modum ſanctificatur, cur non erit pars Euchariſtiæ? an qvia verba transſubſtantiantia ſuper eo non recitantur, ſed ſola oratio Dominica? ſic Jo. Steph. Durantus excipit l. 6. de rit. Eccl. c. 75. manifeſta petitione principii; cum idem fateatur, qvod primitiva Eccleſia ſola Dominica oratione in conſecratione uſa ſit.* Tumultuatur hic Nih. 1. qvod Hulſ. dicat. in ord. R. legi, ſanctificari per omnem modum. atqvi Vaſqvetz. ab Hulſ. adductus hæc ipſiſſima verba habet ex ord. R. 2. qvod Durandum principium petere arguat: atqvi ſi Durant. exceptioni hoc modo occurrere velit, petit omnino principium; neqve leges diſputandi novas, ad qvas novus artifex confugit, curamus. 3. qvod afferat l. 6. Dur. qvi 3. tantum ſcripſerit. Joh. Steph. Durantum nanciſci non potui: locum autem illum apud Joh. Gvil. Durandum inveni, qvi omnino ita excipit, contra Gregorium, affirmantem qvod primitiva Eccleſia ſola Dominica oratione uſa ſit in Eccleſia. *l. 6. c. 75. n. 11.* Scripſerit igitur Durantus 3. tantum ll. qvod an verum ſit Nihuſio non plane credere audeo, qvem jam bina in diſp. contra D. Hulſ. calumniæ ſpecimina edidiſſe monſtravi, eadem ſaltem vel gemina leguntur apud Durandum, ut ſuſcipet eſſe lapſum in prænomine, qvalem æqvi lectores etiam antagoniſtis haud gravate condonant. Sed id ab Nih. expectare nemo debet, qvi omnem humanitatem exuiſſe, & ſe totum adverſus nos efferaſſe videtur: qvod vel ex eo colligere liceret, dum ob voculam ambo pro umbo poſitam, in indice vero erratorum corrigi juſſam, Hulſemannum ling. Latinam putidiſſime ignorare deblaterat, & neſcio qvæ non de diſputationibus Hulſemannianis Thorunii habitis vociferatur. Qvodſi autem ob errorem forſan nominis Duranti, ſtoliditatem & impudentiam D. Hulſemanno ulterius ut facit, objectat Nihuſius, pari † jure Zozimo, Bonifacio, & Celeſtino, Papis Concilium Nicænum pro Sardicenſi, in controverſia appellationum, laudantibus ſtoliditatem & impudentiam

*† imo maiore.*

*T. 1. l. 2. de R. Pont. c. 25. §. Reſpondemus 1. Diſp. 4. ſect. 1. de S. Trin. n. 16.*

tiam objicere qvin in ipſum S. Matth. Jeremiam pro Zach. citantem bacchari cogetur; qvo modo me argumentari docuit Bell. Poſtea inſurgit adverſus D. Hornejum, ut qvi ita diſputet: *conſtat etiam, Eucharistiæ mutilationem, cum poſt decimum ſeculum invaluiſſet, decimo qvinto primum ſancitam fuiſſe.* Reſp. Nih. *Seculone decimo qvinto? Ita prorſus, juxta mei ſancitum Horneji. Ubinam vero? in Concilio Trid. At 15. integra ſecula, & inſuper anni 61. menſesqve 6. cum dimidio, præterierant, qvum lex ea lata illic fuit. Nimirum hominibus hiſce non fides tantum eſt perverſa, ſed & arithmetica: caveat ſibi ergo & Geometria.* Ego diſp. Horneji non vidi, ſi tamen ſycophantias Nihuſii recte novi, Hornejus non intellexit hoc de Conc. Trid. ſed Conſtantienſis decreto, non enim Horn. tam rudis fuit hiſtoriæ ſacræ, etiamſi hic lapſus tanti non ſit, ut aliqvis propter illum tantopere exagitetur: niſi forſan Nihuſ. ob ceſpitationes chronologicas SS. PP. ex ſuis Baron. Ar. Montan. Bellar. Genebrand. Mulmann. alios, ſimilibus ſarcasmis traducere velit. Commemorabo unicum ſcribit Bell. T. 2. l. 1. de Cler. c. 9. conſtat ab anno 1179. uſqve ad hoc tempus per annos 600. ſemper electos Pontifices a duabus partibus Cardinalium, tot vero anni ad tempus qvo ſcribebat Bell. elapſi nondum erant. lapſus ſane eſt in calculatione, & fortaſſe 400. ponere voluit. neqve propterea Bellarmino ita illudendum putamus, qvod Nih. hic facit, & ipſe Bellarminus non raro. nimirum, non videmus id manticæ qvod in tergo eſt. Verum ſic fert hominis ingenium, adverſariis aliqvid affingere, ut deinde ſeſe ad palum, more tyronum Romanorum, de qvibus Veget. exercere poſſit. Aliud autem adhuc admiſit Hornejus, dum communionem ſub una in orientali Eccleſia inauditam eſſe pertendit, *cum ipſe nec orientem, nec alias regiones peragraverit, nec teſtem rerum Orient. peritum & apud Pontif. authenticum adduxerit.* qvid h. l. reponendum? unicum illud, belle? *Sed*, (continuat diſcurſum Nih.) *omne trinum eſt perfectum; itaq; medium in vobis locum occupet Calixtus.* O arithmetice! itane Calixtus, qvem in Epil. primum introduxiſti, ſociatis deinceps Hulſ. & Hornejo, rurſus poſtremo loco aggrederis, medium inter D. Hulſ. & D. Hor. occupat locum? Qvin tandem deſino cum hominum infantiſſimo, & inter ſomnia ſua nil niſi triumphales

*De re mil. 1. 11.*

& ebur-

& eburneos currus, puerorum an mente captorum more dicam crepante, ne & me & alios necem, verba commutare. Multa hic facta eſt mentio Præſanctificatorum ſive anteconſecratorum, de qvibus All. hoc refert: *In tertia miſſa, qvam Græci τῶν προηγιασμένων vocant, qvadragenarii jejunii diebus, exceptis Sabbatis & Dominicis, dieq; annunciationi ſacro, corpus Chriſti non conficitur, ſed confectum antea, divinis laudibus decantatis abſumitur.* Qvam autem Pontificiorum cauſæ hac in parte nihil accedat, ſatis ex ſuperioribus contra Nih. diſputatis conſtare poteſt. Qvæ Melch. Cornæus darrit diluit Rev. pl. Præſes meus.

*de Il. Eccl. ad Gabr. Naud. p. 20. ſſ. alibi; pecul. diſſ. ad B. Nih. Arcud. 3. 57. Euchol. p. 187.*

III. Admiſſa clerogamia. Jerem. p. 129. *Secundo dicitis, melius eſſe matrimonium contrahere, qvam uri: Ideo nos qvoq; illis ſacerdotibus, qvi ſe continere non poſſunt, anteqvam ſacerdotio conſecrati ſunt, conjugii uſum permittimus. Deus enim conjugium præcepit. Nec ignoramus, conjugio ſacerdotibus interdicto, turpia ab ipſis committi. Qvi vero caſtitatem vovit, caſtitatem ſervet: tali, poſt votum factum, marito eſſe non permittimus.* Leg. excommunicatio a Michaele enunciata, qva legatos ſedis Romanæ, cum propter alia, tum propter violationem canonis Gangrenſ. & 6. ſynodi de conjugio ſacerdotum, defigit. Reponit qvidem id. All. permiſſum Pontificis, qvo refugio Pontificii freqventer utuntur. Verum hoc permiſſum tale eſt, qvale illud, qvo Turcis permittit Alcoranum, permiſſurus etiam vinum, ubi habuerit. Qvid autem hæc permiſſio juxta hypotheſes Romanenſium aliud eſt, qvam permiſſio impuritatis vel pollutionis, muneri ſacerdotali adverſa. Si vero Græcos ipſos audimus, neſciunt illi tale permiſſum, teſte Arcudio: *Cæterum* (dicit) *Græci ſuos ritus mordicus nimis retinentes, qvod illis a principio conceſſum, ſeu potius toleratum fuerat, idem laude atq; imitatione dignum ducentes, Latinos reprehendere audent, qvod matrimonio conjunctos ad ſacros ordines merito nulla ratione admittant.* Bell. alio modo elabi conatur, fingendo, conjugium clericorum apud Græcos ſero cœpiſſe, de qvo juvat audire peritiſſimum Antiqvitatis Eccleſiaſticæ D. Calixtum: *magna* (ait) *igitur eſt ſive vecordia, ſive imprudentia Bellarmini ſcribentis, morem Græcorum qvi nunc eſt, cœpiſſe circa tempus ſynodi ſextæ, & A.D. 700. Qvod qvam facile, tam qvoq; temere deſcripſit Greg. Valentia. Nam primis & puriſſimis iſtis ſæculis non modo*

*Ariſt. recid. p. 42. dial. 2.*

*All. de Il. Eccl. p. 163. ſ.*

*6. Hod. Pap. P. 1. p. 649.*

*Conc. 7. 34.*

*De conjug. Cler. p. 166.*

*Græcos ſacerdotes, ſed ipſos qvoq; Latinos uxores habuiſſe demonſtratum eſt.* & p. 333 anticipat objectionem. qva dici poterat; orientales vobiſcum non conſentiunt, qvia ante ſacrum ordinem uxores qvidem ducunt, non autem poſt, qvod vos facitis. Reſp. *in re ipſa convenimus, licet in rituali aliqvo diſcrepemus.* Obiter ad-
*Goar ad Euch p. 116.* jicimus: *προσφορὰν, qvam ordo Rom. oblatum vocat, panem fermentatum in mediocris placentæ modum manibus virgineis, vel ſacerdotum conjugibus, modo ſint a muliebri profluvio mundæ, parari.*

*7. 6. ad 27.* Nec omittenda IV. illa, qvæ ab Arcud. prolixiſſime diſputatur graviſſima controverſia inter Græcos & Lat. agitata de inſolubilitate matrimonii poſt factam illam in Conc. Flor. unionem non
*H.C. Fl. S. 10. 12.* unionem demum propoſita, cujus ſolutionem Sgurop. mirifice nominat *διάζευξιν τῶν ἀνδρογύνων.* Græci ſiqvidem ſtatuunt in
*Goar. p. 384. ſ. Sgur. S. 9 & 13. ad f. ſect. Diſſ. de Conſ. Eccl. or. & occ. de Purg. c. 33.* cauſa adulterii dirimi poſſe matrimonia, & nova contrahi. Ob qvam rem Græci nobiſcum anathemati Tridentino ſubjiciuntur. Crebra interim illa ob leviuſculas cauſas divortia inter Græcos uſitata, nullatenus probamus.

V. Purgatorii negatio, qvod apparet ex Hiſt. Conc. Flor. ex tractatu Græcorum, cum libellis Nili, olim inter orthodoxogra-
*l. 4. Err. Gr. p. 358. art. 18. contra Luth. l. 1. de purg. c. 21. & 15. de ll. Eccl. p. 333.* pha ſub inſcript. apol. Græc. Baſ. concilio exhibitæ edito. All. hariolatur deſumtum eſſe ex penu hæreticorum, qvos vocat, Lutheranorum; qvam vero in ſua hariolatione eruditus vir hallucinetur, haud difficulter monſtrari aliqvando poterit. Adſtipulantur M. Caleca, Epiſcopus Ruff. Bellar. is vero inconſtantior Allatius, ubi ex Gabr. Phil. Joſ. Bryenn. G. Coreſ. videre eſt, Græcos a flammis iſtis uſtulatoriis tantopere abhorrere, ut malint *in perniitioſiſſimum & Origenicum errorem* (ita All. l. c. Græci enim execrantur Origenis dogma. qvod Nilus docet. & All. ipſi ſibi contrarius c. 22. de purg.) *incidere, omnes vel plurimos ex impiis a Chriſto ab inferis eſſe liberatos, & alios etiam poſtea Sanctorum precibus adjutos. Cum enim ipſi ſuffragia pro defunctis admittant, ne tamen cogerentur purgatorium admittere, in hanc ſententiam verſi ſunt.* de qua mox plenius agemus. addere debuiſſet All. Græcos ſentire: dari poſt reſurrectionem aliqvem locũ miſericordiæ divinæ in ipſo extremi judicii die, theatro ut loqvi amant, nondum clauſo, ut hac ratione bonorum operum, precum, eleemoſynarum fructus

nihil

nihil conferant ad pœnas purgatorii terminandas, ſed ad placan-
dum ſeverum Judicem conf. Chr. Angel. Cruſ. D. Chemnitius,
D.Geſen. D.Gerlachius memorat: *cum ex ſcriptura purgatorium* *c. 26. & not.*
*negaſſem, omnes voce geſtuq; mihi applaudebant.* Goar: *Si qvando* *Ebel Turcogr.*
*cum Latinis contingat Græcos de ritibus controverſis agere, nihil* *p 186. P.3.*
*qvod ad praxin noſtram pertineat, objiciunt: inſurgunt adverſus* *Ex. C. Tr. p.*
*Papam, rejiciunt purgatorium, & alia id genus ſimilia proponunt.* *181. de purg. §.*
Hinc in officio Exeqviarum ſic orant: *Ipſe Domine animæ ſervi tui* *13. & N. D.*
*defuncti in loco lucido, in loco amœno, in loco refrigerii, unde* *Cal. F. opuſc.*
*dolor, ærumna, & ſuſpirium omne exulat, da reqviem.* qvam preca- *Chytr. p. 113.*
tionem Goar hac annot. exponit: *purgatorii vocem ut &* (1. has *ep. ad Nih.*
particul. abeſſe poſſe cenſeo) *Græcorum qvidam reſpuunt, rem i-* *juxta P. C.*
*pſam alii non admittunt: adverſus eorum nuperum errorem,* (qvaſi *impr. p. 1659.*
vero nuper demum ſic ſentire cœperint) *nuperi qvoq; Græci decer-* *Ritual p. 526.*
*tant, Carioph. præſertim & Arcud. opere de purgator. ſpeciatim e-* *528. 548. 550.*
*dito. omiſſa vero armorum hujusmodi, qvæ alii tractant, copia, te-* *ſſ. p. 540. n. 3.*
*lum fortius in obſtinatam prave ſentientium mentem, contorqven-*
*dum non cenſeo, præter id, qvod ipſi ſuis verbis, orationibus & votis*
*depromunt. In liturgia ſiqvidem qvotidie non minus mortuorum,*
*qvam viventium memoriam agunt, pro qvibus, nominibus etiam*
*eorum e diptychis τῶν κεκοιμημένων, recitatis μέριδας offerunt.*
Hoc telum qvomodo a Græcis obtuſum reddatur modo dictum
eſt. *At qvod præ cæteris* (pergit) *convincit argumentum illud eſt,*
*qvod tum hic, tum 600. aliis locis orant Græci, ut animæ mortui de-*
*tur reqvies: ἀνάπαυσον, ajunt, τὴν ψυχὴν τοῦ δούλου: ut e tene-*
*bris erutam, ἐν τόπῳ φωτεινῷ; ab æſtu ἐν τόπῳ χλοερῷ: ab intole-*
*randis ardoribus, ἐν τόπῳ ἀναψύξεως ἔνθα ἀπέδρα ὀδύνη, λύπη,*
*καὶ στεναγμὸς, Deus eam conſtituat.* Sed profecto hoc argumentum
viro tam docto eſt indignum. Rogant Græci, ut Deus animã con-
ſtituat in loco lucido, non tanqvam ex tenebris erutam, qvod fin-
gitur, vel ut mitius cum erudito Viro agam, additur a Goare; ſed
ne in eas detrudatur, deprecantur a Deo reqviem a laboribus hu-
jus mundi, qvum ibid. amici defuncto τελευταῖον ἀσπασμὸν ulti- *p. 554.*
mum vale dicentes, Deoq; gratias agentes, his verbis utuntur: *Hic*
*qvidem fratrũ contubernio jam defecit, & ad ſepulchrum tendit: nec*
*amplius vanitatis, aut tumultuoſæ carnis curam agit.* clarius ad- *p. ſeq.*
huc: *procelloſum vitæ mare transfretatus portui tuo appulit, qui*

 *hinc*

*hinc migravit fidelis: verum in qvietis ſerenitate, & voluptate perenni, cum ſanctis deductæ animæ ſervi tui, Chriſte, reqviem confer.* petunt locum amœnum, paradiſum, ſicut latro in cruce; flagitant locum refrigerii, ne in æternum ignem abjiciantur, qvod expreſſe
3.20. habetur p.528 niſi fortaſſe locus actuum Apoſt. de καιροῖς ἀναψύξεως argumentum pro purgatorio ſuppeditat? Ipſe autem Goar. n. 6. nos juvat, inqviens: *in fine cujusq; verſiculi dicitur Alleluja, in ſignum veræ lætitiæ, tum H. Menardus, tum Ligaridius Chius ſcribunt, freqvens Alleluja decantari; qvaſi defuncto, hujus vitæ miſeriis perfuncto, & jam beatitudinis æternæ compoti gratulari geſtiant viventes.* Adjicit qvidem aliam qvoq; expoſitionem, huic qvamvis non adverſam, non tamen æqve congruentem. Dices, Græcorum tamen aliqvi κόλασιν qvandam pro peccatis venialibꝯ
ad §. 32. Mulm. de purg. admittunt qvæ fiat per caliginem. Reſp. jam Cl. Conring. *Illa voce nihil volunt ſignificatum, qvam animæ ſeparatæ aliqvem ſtatum minꝯ debito felicem. Pœnam enim ſenſus qvæ appellatur, omnio explodunt.* ib. p. 76. *mirum ſane, ni ſit hoc commentum Mülmanni & Allatii* (aliorum hodie plurium) *ex odio partium noſtrarum profectum: qvoniam ſc. dolet, nobis cum aliis Eccleſiis ampliſſimis communia multa eſſe, qvæ in nobis damnant Romanenſes.* Inſtabis; cur laudas Conringium, contra qvem ſatis ſæve Leo All. ſuppreſſo nomine inſurrexit? ego vero dico, minime id me præterire; Nihuſio
differt. de purg. reſponſionem ab Allatio impetrante, qvam ipſe pro ſe & Mülmanno dare non potuit, qvod mireris, *cum ſit in diſciplinis eccleſiaſticis celebratus vir, Conring. autem Geſen. Calixt. aliiq; inepti, & rerum divinarum atq; humanarum plane jejuni,* qvæ cenſura eſt
c.48. d. l. All. Ego autem contradico, tam nihil egiſſe Allatium in illo tract. ut cauſam ſuam ſi non prodidit, exſibilandam ſaltem propinaverit. Contendantur modo invicem ea, qvæ ὁ πανὺ Conring. ſcripſerat, cũ iis qvæ All repoſuit, & patebit unicuiq; præjudiciis non faſcinato, nihil aliud de ſcripto All. pronunciandum eſſe, quam ἄῤῥητα ἄμεινω. An v. D. Conr. tantum abs re ſua ſit otii, ut brevibꝯ ſtricturis ſe vindicare velit, mihi non conſtat. Verum ad alia.

In Eccleſia Græcanica ſeqviore occurrit nihilominus & proh dolor! apoſtaſia a veteri orthodoxa, qvod in ſubſeqventibus clarum faciemus. neqve id agimus inſultandi Græcis gratia, qvorum potius miſeremur, & judicamus, eos partim ne-

glectu ſcripturæ, & cæco obedientiæ ſtudio partim tyrannide Turcica preſſos, in devia diſceſſiſſe) hodieqve nimis rerum aliarum imperitos, imprudentesqve, ſine ulteriori cura & indagine, in antiqvam ſilvam, doctoribus iisdem morbis laborantibus, ire: qvamqvam ex illa ipſa orthodoxia multa adhuc retinuerint, ut patet ex illis 20. capp. confeſſionis fidei, qvæ Gennad. Scholarius Machometi exhibuit, & Turcogræciæ inſeruit vir Græce doctiſſimus Mart. Cruſius; ubi ſimul reperias motiva, qvæ fidem Chri- *p. 107. ſſ.*
ſtianam faciunt credibilem, parallela illis Hunnianis in Lib. de Majeſt. S. ſcript. Apoſtaſia illa deprehenditur in Antichriſtiana articulorum qvorundam, in fundamentum impingente everſione, una cum pertinacia.

Errores iſtiusmodi ſunt I. Mutabilitas infernalis. (α) miſeriæ non corporalis, ſed tantum in tenebris neſcio qvibus, Dei privatione, & animarum per conſcientiæ ſtimulos afflictione, & conſumtione, conſtitutæ, (β) ſuffragiis vivorum, Sanctorum, Angelorum, & B. Virginis, relevabiles; [γ] relevatæ actu ipſo non tantum a Chriſto in ejus ad inferos deſcenſu, omnibus tum hominibus, qvi in monumentis erant, ad vitam revocatis, adeoqve univerſali aliqva illo tempore reſurrectione facta [δ] qvam relevationem & redemptionem Joh. Bapt. Præcurſor Chriſti prædicarit, ac prope eſſe prænunciarit: [ε] ſed etiam per ſolutionem vinculi excommunicatorii. [ζ]

[α] Triodium hortatur fideles, *Chriſtum exorare, ut animas* *All. de ll. Eccl.*
*fidelium mortuorum ex igne ſempiterno liberet.* [β] ib. *Tormenta ve-* *p. 116. ſſ.*
*ro* [exiſtimat Eccleſia Gr.] *& tenebras, ſimilia, a Deo elongationem, animarumq; propter conſcientiam conſumtionem eſſe, qvando negli-* *p. 141.*
*genter luxus caduci cauſa, divina illuſtratione privati ſunt* [γ] Jerem. *Qvin etiam ſanctos omnes, & mediatores & interceſſores nobis adſcribimus. Nec in præſenti ſolum ſeculo, verum in futuro etiam, di-* *p. 93. 94. 104. 109. 1. 8.*
*cimus, mediationem qvandam fore: Angelis & ſanctis, nec minimum ipſa mundi Domina, deprecaturis pro qvibusdam: verum non pro omnibus ſimpliciter, nec pro aliqvo in peccatis mortuo. Sed pro ſolis illis ſupplicant omnes: pro qvibus interceſſiones acceptæ ſunt: nempe pro iis, qvi inter pœnitendum, præventi morte fuerunt: nondum autem peccatorum maculas eluere potuerunt &c.* repetit. ead. p. 247. In *Euchol. p. 740.*
officio agentis animam cantatur inter alia: *e ſuperis lata eſt ſen-*

*tentia, ut manibus & pedibus ligatis in infernum detrudar. Poſt-
qvam omnibus excidi, ad te miſera vita mea cuſtodem Angelum
ſuſpirans amare clamo: reſpice æternorum meorum vinculorum af-
flictionem, & ne pro me intercedere deſiſtas.* it. *mater Dei, in abyſ-
ſum reſpice, vide animam tormentis ſubeundis traditam, curvatis
genibus collacbrymare, ut qvi ſangvinem dedit ut me recuperaret,*
de ll. Eccl. p. 117. *tuis precibus inflectatur.* Qvod autem Jer. dicit, preces fieri tan-
tum pro iis qvi non fuerint in peccatis mortui, id aliter ſe habet:
nam non All. modo indicat, *Græcos mordicus illam tueri ſenten-
tiam, preces a ſanctis viris, Deoq; gratis effuſas, infidelibus & æter-
nis cruciatibus damnatis proficuas eſſe, exemplis præcipue Trajani,
Theophili, Impp. Falconillæ &c.* & p. 128. rurſus: *Et ne tandem hi-
ſcere audeant, in nonnullis eorum Euchol. cerimonia peraguntur ad
liberandam demortui animã, non a gloria paradiſi, tunc enim deſi-
perent, non a pœnis purgatorii, qvas illi nullas agnoſcunt: E. a pœnis
inferni: & id ſe conſecuturos illis ſupplicationib9 Thraſones iſti exi-
ſtimant.* Sed ipſe Jer p. 49. credit Trajanum, & Falconillam, gentiles,
ex inferis liberatos eſſe, illum precib9 Gregorii, hanc Teclæ. Ipſam
næniolam contra proprios fabulatores exploſerunt præter All. Ba-
ron. ad A. 604. & Bell. 2. de purg. 8. Interim diligenter obſerven-
tur ea qvæ hic loci & pag. ſeqq. All. de purgatorii negatione con-
tra Græcos diſputat, & palpabitur, omnia Allatiana diſputata in
lib. de purg. & præciſe in c. 39. ex hiſce everti, & penitus deſtrui,
neminemq; tam clare Allatio potuiſſe contradicere, qvam fecit i-
pſemet, ut indicto quaſi marte ſecummet ipſo confligere volu-
iſſe videatur. Committunt nonnunqvã viri diffuſæ lectionis, qva-
lem eſſe Allatium haud inficiamur, ἁμαρτήματα μνημονικὰ, qvod
vero hac in parte vix dicendũ puto, cum non poſſit non transver-
ſim abripi Allatius, ut modo ajat, modo neget, dum in argumento
paradoxo, tanto niſu ſuæ ſcenæ ubiq; inſervire ſtudet. conf. qvæ ha-
bet Goar p. 441. de oleo defunctis ſalutari. it. de Colybis ſive pla-
*ib. p. 6. c. 1.* centis, qvæ vel in ſancti alicuj9 honorem, vel in defunctorum ani-
marum memoriã, propinqvorũ ſepulchris impoſita, ſolent offer-
*ib. p. 143. & All. P. C. 3. 15. 4. & 5.* re. it. de more ex diptych. ſive tabulis eccleſiaſticis nomina vivorũ
& mortuorum, tempore oblationis, recitandi. conſulendus interea
*P. 3. Ex. C. T. p. 160. ſſ.* Chemn. ediſſerens qva occaſione, prætextu, progreſſu, mentio
def.m-

defunctorum inter oblationes fieri cœperit. [δ] *Humanum genus* [vult Triod.] *ab inferni cavernis ereptum a Chriſto in cœlos fuiſſe aſportatum. Hoc cum auctori ſynaxarii non recte prolatum videretur, ſeipſum qvodammodo corrigens, ſubdit; veruntamen ad infernum deſcendens, non omnes vitæ reſtituit, ſed eos, qvi illi credere voluerunt.* it. *Secundum eſt, omnes homines, qvi in monumentis erant, Chriſtum ad vitam vindicaſſe.* [ε] Anaſtaſ. Sinaita; *Neqvaqvam diris devovebis hominem, qvi ante Chriſti adventum defunctus eſt, nam ad inferos prædicatio Salvatoris pervenit. primum qvidem Ioanne præcurſore Chriſtum illic annunciante, deinde ipſo Chriſto prædicante.* [ζ] Perſuaſiſſimi ſunt Græci, præter animæ periculum, excommunicatorum corpora nunqvam diſſolvi, ſed poſt mortem inſtar tympani extendi; abſolutione autem poſt multos etiam annos demum mortuo impetrata, animam ſuppliciis infernalibus eximi, corpusqve poſtliminio in pulverem reſolvi. vocant tale cadaver Burcolaccam, in qvod dæmon malus ingrediatur, hominesqve diris modis divexet. vidiſſe ſe corpus iſtiusmodi prodit Allat. de ipſo mirifico negotio v. All. de qvor. Gr. op. §. 12. ſs. P.C. 3. 9. 1. de purg. c. 5. ubi ὡς ἐν παρόδῳ notamus inconſtantiam Allatii qvi primo loco *hanc rem vocat ſtultiſſimam & abſurdam*, dum Græci ex ea probare ſatagunt liberationem impiorum ex inferno, *opinationem*; poſtremo autem eandem pro adſtructione purgatorii aſſumit. Non deberet forte an hoc ex parte All. abſonum videri, cum juxta Bell. 1. de indulg. 14. Pontifex excommunicatis poſt mortem etiam indulgentias impertiri poſſit. Cæterum miſera natio, ſicut plurima ſuperſtitionibus ſuis mire corrupit, ita etiam res graviſſimas ludicris abuſibus deturpavit exemplo ſit ipſum fulmen excommunicationis, qva Græculi interdum qvaſi res eſſet leviſſima ludunt, denunciando eam, ſi mulier nolit agnoſcere virum pro capite; ſi qvis debita non ſolvat; ſi vir uxorem relinqvat. Sunt præterea qvidam, qvi B. Virginem in infernum deſcendiſſe, hodieq; omnes adhuc defunctorũ animas eo deſcendere autumant: ea tamen differentia, qvod juſtis ad contemplanda myſteria Chriſti, etiam in illa regione patrata, loco tranſitus ad cœleſtia concedatur; impiis tanqvam ſedes, in qva remaneant æternis ſuppliciis cruciandi,

II. Ni-

*All. Il. Eccl. p. 236. ad 277. ib. 308. ad 347.*

*All c. l. p. 260. 303. ſſ.*

*Add. Chr. Angel. c. 25. Malax. in. Turcogr. l. 1. & 2. p. 27. & 133. Spond. A. C. 1476. n. 20. Goar. Rit. p. 684. ubi formulam abſolutionis reperies.*

*Turcogr. l. 4. ep. 78. 11.*

*All. de ll. Eccl. p. 326. ſ.*

II. Nimia exaltatio Traditionum Synodicarum 7. præſertim
*p. 56.* Synodor. & Patrum, Eccleſiæq; infallibilitàs Jerem. ita fere orditur: *Reſpondebimus E. nihil noſtrum adferentes, ſed ex ſanctis 7. œcum. Synodis, & ex ſententiis SS. Doctorum, Interpretumq; divinitus inſpiratæ ſcripturæ.* p. 85. recipit *ſanctam Patrum, tum ſcriptam, tum non ſcriptam traditionem.* p. 116. *cedere debemus interpretibus ſcripturæ. Impulſu Sp. S. Paulus locutus eſt: eodem & Petrus, & reliqui: tum Hierarchæ, Baſil. Gregor. Chryſ. & reliqui Doctores.*
*f. etiam p. 131. 138. ſ.* P. 201. Hebrææ lingvæ non favet, & p. 368. qværit. qvare imagines adorare nolimus. & reſpondet, *rejicitis ex Hebræo fonte ſumta occaſione* p. ſeq. *Contemtio ſanctarum imaginum in hac urbe, & divinar. reliqviar. ab Hebræis initium habuit. Et ſchiſmata, qvæ apud vos ſunt, qvæ multa variiq; generis ſunt, Lutheranorũ, Hebræi aliqvi, ut fama fert, pietatis ſimulatione introduxerunt, ac diſſeminaverunt.* vide imperitiam & inſcitiam Patriarchæ, lingvam ſanctam non aſpernantis modo, verum etiam ſchiſmata eidem inepte imputantis.
*Sylbeſt. Sguropul. Hiſt. Conc. Flor. S. 3. c. 6. & 7.* Cum Ferrariæ demothodo exordiendæ diſp. cum Latinis diſqvireretur, Georg. Scholar. a cæteris laudatus, ad explicationes Dd. & Synodorum ſe confert; ſcripturis ſacris inſuper habitis. Olim Imp. coronandus manu propria ſcriptam fidei confeſſionem dare, promittereq; cogebatur, ſe decreta 7. ſynodorum œcumenicarum & localium ſervaturum.
*Codin. de Off. c. 7.* Idem contra Cyrill. Lucarim in ſynodis a Cyrillo Berrhoënſi & Parthenio habitis anathemate firmatum eſt. Allatio dicuntur Græci *dicta & ſententias, & ſyllabas, & virgulas in ſcriptis PP. ſuperſtitioſe etiam conſervare, & reverenter deoſculari.*
*All. P. C. 3. 9. 8. & 9. c. 11. 1. & 5. c. 15. 44. c. 16. 1. c. 41.* Mitigat hoc Chr. Ang. hac ratione: *Accuratam itid. decretorum a PP. traditorum rationẽ habent, ſed in tantum, qvantum illa divinæ legis regulæ ſunt conformia.*
*Sgur. S. 9. c. 10* Eccleſiam pariter, ſynodice congregatam Imp. Joannes errare non poſſe cenſet;
*All. P. C. 3. 11. 1. & 5.* & cum denunciatione anathematis decernunt Cyrill. Berrh. & Parthen.

*T. 1. Th. Dog. l. 1. c. 12. ſ. conf. All. P. C. 2. 16. 3. ſſ. de ll. Eccl. 144.* III. Differentia realis operationum & proprietatum divinarum a ſubſtantia Dei, qvam fuſe proponit D. Petav. eqve Græcis auctoribus repetit, & totam controverſiæ iſtius, a Gregorio Palama, ejusqve adverſariis Barlaamo & Greg. Acindyno, ventilatæ, hiſtoriam illuſtrat. Trapezunt. Allatio laudatus h. m. lamentatur: *Væ mihi, qvod gens mea adeo adverſus veritatem inſaniſti,*

*ſaniſti, ut auſa fueris infinitas Dei operationes prædicare, easq; increatas, & infinite ab eſſentia differre, credereqve aliqvid extra Tradem increatum &c.* Jerem.. *duas* ( ſcribit ) *præcipue cauſas reperio, cur vos a nobis de proceſſione Sp.* S. *diſſentiatis. Una eſt, qvod vobis videtur miſſio & proceſſio idem eſſe. altera, qvod ſubſtantiam ſeu eſſentiam, & operationem, idem eſſe in Deo ſtatuitis, cum ſecus ſit.* qvod deinceps rationibus aſtruere allaborat. p. 203.ſ.

IV. Fiducia propriæ Juſtitiæ, ac operum merita, præcipue eleemoſynarum. Jerem. *Eleemoſyna cæteris virtutibus magis neceſſaria eſt. Obſonium ſine ſale, ſermo ſine veritate, opera ſine fide, principium ſine fine: ſic virtus absqve Eleemoſyna, mortua res eſt. Qvemadmodum nullum animal uno pede incedit: nulla avis una ala volat: nulla navis uno latere navigat: ita nemo eorum, qvi ſalvantur, ſalutem conſeqvitur, niſi cuiqve virtuti, eleemoſynam adjunxerit. Hac enim vere & prætermiſſa punit prætermiſſione ſui: & adhibita, ſalvat adjunctione ſui.* Neqve tantum vivis prodeſſe, ſed pro mortuis etiam erogatæ non parum valere putantur. Negatio autem hujus opinionis damnatur in gemina contra Cyr. Luc. coacta ſynodo: in eadem damnatur rejectio præviſorum operum in Electione: it. ſalvatio per fidem ſine operibus. poſtremam ſententiam in noſtratibus haud minus redarguit Jerem. vivam per opera fidem reqvirens: in qvo bonus vir mentem noſtram ſe non capere prodit, qvaſi nos fide mortua contenti eſſemus. Sanius reſpondet p. 71. dicendo: *Fidem eſſe antecedens: conſeqvens vero opera, eaqve neceſſaria propter Dei mandatum: præmia & honores accipientibus bis in vita æterna, qvi ea rite perfecerunt: qvæ qvidem bona opera, inſeparabilia qvoq; ſint neceſſe eſt, a fide vera. Non autem oportet operibus confidere, neq; bis gloriari, more phariſaico: ſed ſi etiam omnia impleverimus: ex Chriſti verbo dicere, nos ſervos inutiles eſſe. omnia enim ad juſtitiam Dei referenda ſunt: qvandoqvidem qvod a nobis confertur, aut parum eſt, aut nihil.* obliviſcitur autem nonnunqvam iterum ſui, qvin & dictum Eph. 2. pervertit, & non confundenda ex ἀμαθεία. qvadã confundit p. 127. Jejunia commendat: *Itaqve ſtudeamus, per jejunia & preces negotiationẽ ſalutis, ut boni mercatores, perficere.* p. 231. hoc habet emblema: *Fides, ſpes, charitas, triplex auro conſerta iris, ſi a bis obſervetur, ſalutem nobis conciliat.* p. ſeq. *absqve bis tribus, ſalutis*

p. 90. ſ. ib. pag. ſeqq. it. p. 68. 71. 113. p. 64. p. 75. 117. 133. 123. ſſ.

*adeptio impoſſibilis eſt.* Attamen Monachi in monte Athone ſtatuere perhibentur, ſolam in Chriſti meritum ſubnixam fidem juſtificare, eam autem bonis operibus, tanqvam bonæ arboris fructibus teſtificandam eſſe.

*Ann. Turcogr p. 48. 200. p. 77. ſſ.*

V. Septenarius Sacramentorum numerus. Jerem. *Sacramenta ritusq; in hac ipſa catholica recte ſentientium Chriſtianorum Eccleſia ſunt ſeptem*, Reſp. II. *Qvod vero in baptismis, qvorum mentionem facitis, charismatis mentio nō ſit: nolite mirari, Eccleſia enim Chriſti, gratia hujus proficiens, divinis dictis & ſ. adamētis multa adinvenit, ornatu qvodā veſtiens. Non enim omnia Paulus ſcribit: ſed qvædā etiam diſcipulus ejus Dionyſius: & hos inſecuti multi doctores: Etiamſi enim cæteris ſacramentis potiora ſunt, & ſine eis ſalus nullo modo contingit, baptisma & divina communio: attamen & reliqva, qvæ cū his ſeptenariū numerum implent, tradita ſunt ab Eccleſia.* Reſp. III. hunc numerum importunius defendit. Non effugit autem cenſuram Allatii, eo qvod reliqua præter Baptiſm. & S. cœnam ſacramenta inſtituto Eccleſiæ tantum aſſignat. Hinc Cyrill. qvoqve de his 2. tanqvam potiſſimis & principalibus, unice verba facit. Pro Jeremiæ vero diſtinctione faciunt illa, qvæ verſatiſſimus in lectione PP. J. Dallæus diſputat; & præter alia obſervandum ducit: *hoc de ſeptenario ſacramentorum numero dictum; non veterum ſed recentiorum tantū Græcor. dogma eſſe. Je. qvidem Damaſc. vir octavi ſeculi, cum Chriſtianam omnem theologiam opere, qvod de orthodoxa fide, eruditiſſime conſcripſit, complexus ſit, ac veluti in locos ſuos diſtribuerit, ſeptenariam illam τῶν μυστηρίων diviſionem nullus tradidit. Neqve diligentiſſimus ac doctiſſ. Goar ullum ejus auctorem vel teſtem edit Simeone Theſſal. & Matthæo Blaſtari vetuſtiorem; qvem utrumq; poſt A. D. 1000. vixiſſe conſtat. Græci E. vel myſterii vocem late ſumunt; vel certe errant, & a PP. fide, & a ſua ipſorum praxi diſcedunt; Latinorum aliqva fortaſſe æmulatio eos ad hunc ſeptenarium myſteriorum numerum ne aliqva re illis inferiores viderentur, deduxit.* Atqve ex his defendi vel explicari poteſt Chemn. ajens: *Nec ullius veteris concilii auctoritatem pro ſeptenario hoc numero proferre poſſunt: niſi qvod ante 100. plus minus annos; in Flor. Conc. una cum purgatorio & primatu R. P. ſeptenarius Sacr. numerus apud Græcos tentatus, Armenis vero obtruſus eſt.* Hic exclamat Arcud. *At non iſtud unum illuſtre mendacium ex ore & ca-*

*p. 239. ſ.*

*p. 368.*

*P. C. 3 17. 1. 3. Ad. I. Vytenb. p. 405.*

*De confirmat. p. 236.*

*Not. in Euchol p. 367.*

*P. 2. Ex C. T. p. m. 12.*

*Conc. 1. 2.*

*& calamo Chemnitii excidit.* At bona verba, qvæſo Arcudi, res tam ardua non eſt, ut tantopere ſtomacheris. De eo opinor, taces, qvod Ch. meminit, nullius vetuſtioris Conc. auctoritatem pro numero veſtro proferri poſſe. Præterea vel apud Gvid. Carmelit. vel apud alios ex veſtratibus legit, Græcos reſpuere veſtrum numerum. Inſuper potuit deceptus eſſe a rudi Actorum Flor. interprete Latino, qvo elogio ipſe ornas hominem: habet ibi verſio Abrami Cretenſis, Armenos quibus prolixa de 7. ſacram. inſtructio data eſt, cum Græcis abiiſſe, cum vix tunc advenisſent. Poſtremo, ſi Chemn. propterea pipulo eſt differendus, eodem crimine in re ſimili involvuntur non Dd. modo tui, Gvido, Scot. Durand. ſed etiam Papa Innoc. III. qvi Græcis tribuit hanc ſententiam, ac ſi Euchariſtiam mero vino ſine aqva adminiſtrandam dimicent. an hic etiam exclamabis, at non iſtud unum illuſtre mendacium ex ore & calamo Innocentii P. R. excidit? De cætero v. All. qvomodo ſeptenarius numerus in memoratis aliqvoties ſynodis adverſus Cyr. Luc. ſancitus ſit. Neqve interim de nihilo eſt, qvod ſcriptores Rom. atrociſſimis ſcriptis invicem decertant tum de confirm. Pontificia, tum confirmatione & Unctione Græcanica. Evolve All. contra ſuos ſtrenue defendentem, Græcos confirmationem & extremam Unctionem neqvaqvam rejicere it. Goarem, confirmationis ſacramentum Græcis aſſerentem; Extremam vero Unctionem iisdem adimere, hæſitantem p. 428. & prolixius adhuc de eodem argumento agentem: qvi, etiamſi fateatur, *Græcos extremæ Unctionis ſacramentum, & ex indiſcreta, ac promiſcua ſacramentorum, & ſacramentalium ſuſceptione, ſacramenta violare, & ſuperfluo nefandoq; cultu qvaq; proſeqvi*; de Arcudio tamen Græcos propter hujus ſacramenti abuſum accuſante, tale fert judicium*: mihi illud mirandum ſemper fuit, ut qvos concordes cum Latinis pollicetur exhibere Græcos in ſacramentorum ſenſu, eos levi occaſione, ad diſcordiam provocet.* Poſteaqve multis contra Arcud. agit. Subſcribimus profecto Goari, nec dubitamus virum emunctæ naris idem de opere Allatiano ſentire. ſupra autem monuimus, Græc. qvamlibet 7. ſacramenta numerent, & hunc numerum ſynodice ſub Cyr. Berrh. & Parth. ratum eſſe jubeant, nihil tamen ſecius in plurimis, iisqve ſubſtantialibus tam longe a Latinis

*Concord. p. 157*

*l. 4. de myſt. c. 32.*

*Jac. Sirmond. & Pet. Aurel. Abbas. P. C. 3. 16.*

*Ad Euchol. p. 266. n. 28. 31. in not. ad off. S. olei p. 431. ſſ.*

*l.1. de Extr. Unct. c.8. l.2. c.20 & 21. De confirm. l.2. c. 17. 18. 19. p. 87. & 130.*

diſſentire, ut non ſine tædio altercationes & conciliationes in ſcriptis Arcudii, Allatii, Goaris, legas: qvos ea propter optimo jure perſtringit Dallæus.

VI. Confeſſio auricularis, ſive ἐξομολόγησις κατ' εἶδος, Jerem. *Confitens, qvoad poſſit & recordetur, debet peccata particulatim exponere,* mox autem qvæſtum Pontificium improbat, iisdemqve in hac materia æqvior eſt, dicens: *Qvicqvid vero peccatorum, aut propter oblivionem emiſerit, aut propter verecundiam obticuerit: oramus miſericordem & mitiſſimum Deum, ut ei hæc qvoqve remittantur: ac confidimus, ea ipſi remiſſum iri.* v. Goar. & Arcud. ſacerdotes Græcos ob freqventiorem confeſſionis intermiſſionem vituperantes. Id Arcud. c. 3. cenſet, *hæc & ſimilia verba Jeremiæ* (*omiſſo* διαλήθην *per oblivionem*) *juſta reprehenſione non carere,* &c. 5. dubitat, *an ſacerdotes Græcorum, qvia ſint ſchiſmatici, abſolvere poſſint.* En mi Lector, egregiam qvam tibi totiens declaro concordiam!

*Euch. p 109. conc. 4. 2. p. 373.*

VII. Idololatria. Jerem. *Impium eſt, & a Chriſti Eccleſia, alumnisqve ejus alienum nolle ſchetice adorare ſanctas imagines: qvarum honor ad prototypum tranſcendit, ut ait Baſilius.* Repetit eadem, & prætextibus Pontificiorum utitur pleriſqve; etſi acumen Greg. Valentiani ex 1. Pet. 4. 3. ubi verſio vulgata habet illicitas idololatrias, licitam qvandam idololatriam elicientis, ipſi in mentem non venerit. In profeſſione fidei ab Epiſcopo emittenda eadem relativa imaginum adoratio continetur. Goar. *Tantum* (ait) *exhibent Græci ſacris imaginibus cultum, ut non minus exemplo ſint, qvam admirationi: ſi tamen pictæ ſint; a ſculptilibus autem tanqvam ab idolis abhorrent: media tamen planaqve ſculptura, in ſacris imaginibus formandis, eo qvod ad picturam accedat, utuntur.* conſentit in hoc Stevart. Qvæ igitur Allatio cauſa eſt tam vehementer Chytræum noſtrum ſuggillandi, qvi de ſculpturis nihil aliud dicit qvam qvod Goar. vel Stevart. ſemel igitur moneo, Allatium ex immani duntaxat odio totum illud cap. 15. Chytræo oppoſuiſſe, eumqve præter ipſius meritum, inſtitutum, & mentem, tam iniqve & non raro calumnioſe tractaſſe, qvod fortaſſe alias oſtendetur plura ſuppeditabit de imaginum cultu Allat. Vocantur imagines illæ προσκυνήματα. Et hinc Dominica Qvadrageſimæ prima, nuncupatur orthodoxias, ob reſtitutum imaginum cultum. v. Gretſer. qvi & feſtum

*R.I. p. 128.*

*p. 244.*

*Euchol. p. 309. p. 28. Euch.*

*obſerv. ad Man. Calec. p. 470.*

*P. C.I. 3.*

*P. C. 3. 9 1. c. 15. 13. ſſ. de Sola Fet. Ecl. §. 11.*

feſtum Conſtantinopoli in honorem imaginis Edeſſenæ inſtitutum; item victorias de Perſis ab Heraclio, beneficio imaginis Camulianenſ. reportatas, commemorat ib. c. 15. M. tamen Caleca hic qvoqve aliqvam diſcordiam obſervans inqvit: *Qvidam noſtrorum adeo perdita mente ſunt, ut etiam Salvatoris imaginem Latinis tantum inſcriptam literis, adorare renuant.*

*Not. ad Codin.; 10. 17. & All. de Hebd. §. 14. 15. Tract. de imag. non manufactis c. 11. Aurel. Peruſ. ad A. C. 621. l. 4. cont. err. Gr. p. 369. & Stebart. ib. p. 469.*

Ἀρτολατρεία & οἰνολατρεία: non jam dico in panis & vini jam conſecrati, & ut putant transſubſtantiati adoratione, commiſſa: verum etiam cum panis nondum eſt conſecratus, ſed cum dona ad altare demum conſecranda afferuntur. Tum enim, qvando plebeji, Pontificem, ſacerdotes, & diaconos, cum magna pompa, incedere vident ad aram, qvidam ſeſe inclinant, alii procumbunt in genua, & qvaſi præſentem Chriſtum, latronis in cruce pœnitentis voce alloqvuntur: *Domine memento mei, qvando venis in regnum tuum.* Reſpondentqve illi: Recordetur. Arguit hunc ritum Arcud. ipſe tanqvam idololatricum: excuſare autem conantur Goar. & Allat. ſed conantur tantum.

*3. a cap. 19. ad 25. it. c. 58. N. ad Euch. p. 131. n. 110 De miſſ. præſanct. § 7. ſſ.*

Σταυρολατρεία. *Dominica 3. & 4. Qvadrageſimæ, celebrant adorationem ſanctiſſimæ crucis, qvæ omnibus Chriſti fidelibus publice a ſacerdote exponitur adoranda, cui omnes reverentiam, ſumma corporis inclinatione, prius ſe ſigno crucis ſignantes, exhibent & adorant, ac demum deoſculantur.* Ita Allat. Adeundi etiam Cod. & Gretſ. de feſto τῆς σταυροπροσκυνήσεως, καὶ τῆς ὑψώσεως τοῦ σταυροῦ. Jerem. p. 254. putat: *eum qvi non adoret crucem, ne qvidem Dominum crucifixum adorare.* In Euchol. *bona ſibi a Deo exoptant precibus ſanctæ Virginis, & reliqvorum ſanctorum, nec non virtute pretioſæ & vivificæ crucis.* conſul. Chr. Angel. & All. varia de efficacia crucis diſſertantes. Meretur h. l. caſtigationem cruenta Allatii vox, qva pronunciat: *Heretici negant* (ſc. crucem Chriſti ad noſtra usqve tempora ſervatam durare. *Qvid ad nos? negant verbum Dei* &c, o calumniam. *certe eorum ἀπιστία ſangvine & ignibus expianda.* Mitius, mitius, mi Allati, manſveſce qvamlibet Leo ſis. Res profecto digna ſi credere nolimus, lignum S. crucis. ex ſepulti Adami ore enatum, variis poſtea vicibus translatum, ſtylobate demum marmoreo in medio templi Judaici, erectum, cultum, adoratumqve a Davide (cujus tamen tempore templum nondum ædificatum erat) & Salomone; deni-

*De Hebd. Gr. §. 17. 18 de offic. Conſt. c. 9. T. 1. de cruce l. 1. c. 67. p. 41. ſ. c. 15. 16. 42. συμμ. l. 1. p. 233. ſ. ib. ep. de lign. S. cruc. p. 225.*

deniqve ad ſupplicium Chriſto irrogandum, aſſumtum, hucusqve durare, ut in nos ita ſæviri conveniat: Sic enim habet fabella ab All. ex variis mythologis conſarcinata, & ordinatius repræſentata; qvam cum ex nugatore Comeſtore tetigiſſet Bellar. præ pudore qvaſi, integram recitare noluit. Cæterum informatione crucis rixantur etiam Græci cum Latinis, indicium faciente Calecca, qva de re agit contra Gretſer. Allatius.

*T. 2. l. 2. de Imag. c. 27. p. 369.*

*P.C. 3. 18. 14. ſſ.*

Ἁγιολατρεία & ἀγγελολατρεία. qva in divino cultu Deo collegas & ſocios dant ſanctos & Angelos. Jerem. *Debentur porro honores qvoqve ſanctis a nobis, & recipiendi ſunt, & offerri templis horum par eſt: hoc etiam θεάνθρωπος hoc dicto ſignificavit: Qvi vos recipit, me recipit.* it. *Invocatio proprie ſoli Deo competit: & primo ac maxime proprie ei convenit. Sed invocatio, qvæ ad SS. fit, non proprie invocatio eſt. Sed per accidens (ſic dicendo) & per gratiam. Non enim Petrus aut Paulus exaudit invocatores ſuos: ſed illa gratia, qvam habent: ſecundum illud, qvod Dominus dixit: Ero vobiscum usqve ad conſummationem.* p. ſeq. recitat formulam invocationis ad SS. directæ. it. *Invocatione SS. dæmones abiguntur, morbi fugantur, tentationes tolluntur: & omnino hac ratione, donatio illa bona, de qva in S. literis, ſuperne contingit per Angelos bonos, qui mox mittuntur invocantibus nomina ipſorum.* Habet autem communia cum Pontif. κρησφύγετα. it. *Qvi ſanctos non honorat, nec ipſum Dominum honorat.* Exauditionem præterea, propter SS. petunt. v. Goar. Allat. Huic cohæret λειψανολατρεία. Jerem. p. 243. *Qvin etiam ex illor. SS. reliqviis, multifariam beneficia ſcaturire, nemo dubitare debet. Si enim è præduro ſaxo, aqva in ſolitudine effluxit: ſi ex aſinina mandibula, Sampſoni ſitienti aqva erupit: è martyrum reliqviis idem poſſe fieri incredibile ſit?* Neqve tamen omnes præſtigiis & ludibriis reliqviarum nimis credere videmus apud Sguropul. Approbo interim judicium Allatii, & Pontificiis commendo, qvod narrationi Græcorum, de conſervata inter alias reliqvias, in ſacrario palatii Conſtantinopolitano, particula, ex pane qvem Chriſtus diſcipulis tradiderit, fermentata, ſubdidit; *ſed fides hujusce narrationis ſit apud auctorem.* ἐγῶ γὰρ ȣ ταχυπειθὴς &c.

*p. 109. ſ.*

*p. 127. ſ.*

*p. 243. ſſ. conf. p. 58 59. 111.*

*p. 245. δοc. eos θεȣ̀ς χάριτι*

*p. 254.*

*Euch p. 35. 41. 53. 399. P. C. 3. 9. 1. c. 11. 1. & 5. de ll. Eccl. p. 283. S 4. c. 17. Hiſt. C. Fl.*

*de ll. Eccl. Gr. p. 223.*

Præcipue Μαριολατρεία; qvam nuper integro tractatu (qvi inſcribitur Pietas Mariana Græcorum) ex 20. divinorum officiorum tomis, è qvibus 12. priores vocantur Menæa, ad miraculum pæne

pæne (verba ſunt auctoris) in hoc negotio facundis, ut Græci ab
eruditis ὑπερφιλοθεοτόκοι nuncupentur, divulgavit Sim. Wagne- *p.128. Euchol.*
reccius Jeſuita, tenui operæ pretio. Jerem. *Mediatores vero facimus,* *p.7. & 10. p.57.*
*cum ſanctos omnes, tum eximie matrem Domini.* Sic in ordine ſacri mi- *ex Horolog.*
niſterii ſubmiſſa voce ſacerdos murmurat: *Deipara ſuper omnes ſan-*
*cta, ſalva nos.* ib. *conſervatio politiæ & Principis ab ea flagitatur.* Ei-
dem particulam corporis Chriſti conſecratam, qvam appellant
προσφορὰν & σφραγίδα, offerunt in ſacrificio miſſatico, qvem mo-
rem vel ritum exponit Goar. Iſtiusmodi autem ſacrorum rituum *Euchol. p. 119.*
in immenſum multiplicatio, operoſus ille & tantum non ſcenicus *n. 4. Arcud.*
apparatus, plures non tantum in Latinam, ſed in Græcanicam *3. 8.*
qvoqve Eccleſiam invexit errores & ſuperſtitiones, qvibus utraqve
mordicus hodienum inhæret. factum certe eſt, ut multi hunc a-
pud Græcos morem animadvertentes, imputarint illis grandem
errorem, qvaſi ſub illa particula, qvæ virginis eſſe dicitur, corpus
B. Mariæ contineri crederent. Ex ejusdem Goar. nota de elevati- *ad Euchol 865*
one panis, παναγία, ſanctiſſima, nuncupati, digna ſunt qvæ hic
conſpiciantur ſeqventia: *Voce παναγίας Dei matrem nuncupant: ſo-*
*lent autem ex Græcis devotiores, gratiis poſt ſumtum cibum actis, πα-*
*ναγίαν fruſtulum panis triangulare, al. ὕψωμα, eo qvod elevetur, di-*
*ctum extremis utriusqve manus duobus primis digitis in altum tollere.*
*Ecœtu autem ſelectus qvidam prodit, fragmentumqve panis, capitis in-*
*curvatione, & thuris ſuffumigatione præmiſſa, acceptum a Deiparæ i-*
*magine, attollit: thure mox omnibus ſuffumigatis, παναγίαν, bucellam,*
*laudes Deiparæ concinentes, inter ſe dividunt, & pariter è communi po-*
*culo ejus nomine benedicto, cuncti ſeriatim delibant.* Joh. Zygomala æ- *Turcogr. l.3. p.*
grotus pro reſtitutione ſanitatis epigrammate aliqvo S. Mariæ ſup- *259.*
plicat: Allat. vero ſomniū ſuū, & qvomodo ope Virginis ſanitatem
puer adhuc reciperarit, narrat; de Græc. opin. §.5. juxta id forſan, *Euch. p. 410.*
qvod in offic. S. Olei, ægrotus ad Mariam ſolam recurrit. conf. ib. hy- *415.*
mnū ubi inter alia hæc reperiuntur: *Te ſolam ſpem poſſidemus.* &c.; *niſi* *p. 442.*
*enim protegas pro nobis interpellans, qvis nos tantis periculis eriperet?*
*qvis liberos hucusqve conſervaſſet.* it. in offic. agentis animā: *De reliqvo,* *p. 738 ib. 776.*
*ad qvē vociferabor? qvis doloris mei planctū, & ſuſpiria cordis excipiet,*
*niſi tu illibata virgo, Chriſtianorū & peccatorū omnium fiducia?* p.855.
in officio communis ſupplicationis, ad unam Virginem preces
diri-

diriguntur, vix ac ne vix interſperſa mentione Dei. p. 871. habetur confeſſio peccatorum D. Mariæ facta. In ejusdem aſſumtæ honorẽ celebratur jejunium. add. omnino de Maria hodogetria, ejusqve imagine a S. Luca depicta; Maria Nicopœa; itemqve de feſto depoſitæ veſtis Deiparæ in templo Blacheruenſi; nec non depoſitæ Zonæ. Codin. & Gretſerus.

*All. P. C. 3. 9. 3. Ch. Ang. c. 7. l. 15. de off. num. 16. l. 3. comm. ad Cod. c. 6. & 10. de i. mag. non manufact. c. 18. Goar. p 869. Aurel. Peruſ. ad A C. 553. 621. 625. 717. 971. 1123. p. 114. usqve ad ſ ſere p. 117. R. II. p. 224. it. p. 96. 113. 367.*

VIII. Monopolium Epiſcopale in Electione miniſtrorum Eccleſiæ, excluſo Magiſtratu civili, & plebe, de qva re Jerem. p. 105. ſs.

IX. Αὐτεξούσιον. Liberi arbitrii in ſpiritualibus, cui initium tribuitur, Deo ῥοπή. Jerem. *Omnia qvidem arbitrio Dei ſubiacent: non tamen ita, ut libertati arbitrii noſtri officiatur.* it. *In noſtro E. & in ipſius arbitrio. Oportet enim nos primo eligere bona: tunc ipſe ſuum addet. Non antevertit ille noſtras voluntates. Cur? ne officiat noſtro arbitrio. Verum, qvando nos elegimus: tunc ipſe ſtrenuam operam nobis navat.* poſtmodum eandem opinionem tuetur, nihil autem qvod objectiones Tubingenſium feriat, affert. Eadem mens eſt ſynodorum a patriarchis Cyrillo & parthenio habitarum. *Unde nemo τῇ φύσει malus.* ib. p. 119. *ſed θελήσει:* immo ſecundum ſcita illa ſynodalia, qvidam homines, nominatim, Jo. Baptiſta. B. Virgo. Patriarchæ. Prophetæ, Apoſt. a peccato mortali immunes fuerunt.

*R. I. p. 119. p. 136. p. 368. ſ. conf. p. 132. 134. ſ. 2. 218. Not. p. 517. de ſtat. E. G. a c. 27. ad 41. P. C. 388. ſſ. Ad Rit. p. 472.*

X. Immane Elogium vitæ monaſticæ. Jerem. dicit *non eſſe bonum, qvod A. C. vitam monaſticam operibus inutilibus annumeret: qvam ipſe nominat βίον τέλειον, vitam perfectam; βίον ἰσάγγελον, vitam angelicam.* Legatur officium magni & Angelici habitus in Euch. p. 499. ſſ. ubi p. 505. audit *vita perfectiſſima, ad cujus inſtar Domini converſatio exprimitur.* ~~& ib.~~ Goar, adde Chr. Angel. inſtituta monachorum fuſe proſeqventem. Sunt autem 3. monachorũ genera, ſub unius S. Baſilii regula. Κοινοβιακοὶ, ἰδιόῤῥυθμοι, & ἀναχωρῆται apud Allat. Goar adjicit ἀρχαρίους, ſive novitios. Cœnobici ſunt, qvi ſimul habitant, paſcuntur, & iisdem legibus ac exercitiis ſubjacent. Inter eos nonnulli ſunt τοῦ μεγάλου σχήματος καὶ ἀγγελικοῦ, (rationem nominis reddit Goar) perfectiori vitæ inſtituto addicti, alii τοῦ μικροῦ, ſive μικρόσχημοι, obſervantiæ non tam ſtrictæ. Idiorrythmi ſuo lubitu vivunt, & negotiis operam dant. Anachoretæ ſive Celliotæ extra monaſterium cultura vinearum &

*Rit. p. 472.*

agro-

agrorum vitam tolerant: ex qvibus nonnulli Aſcetæ & Eremitæ in loca remotiora & deſerta ſecedunt. Monachi autem in monaſteriis, officiis peragendis operam navant. Mulieres æqve ac viri ſuo proprio habitu, nec minus ipſis monachis orantes atqve jejunantes, vivunt. Habitus eſt indumentum nigrum, de qvo Goar, poſt preces, operi phrygio faciundo incumbunt. Legi velim cenſuram *N. ad Rit. p.* Allatii, Græcos ſuos, tanqvam prævaricatores canonum, juvenes *472. 488.* ſine prævia probationis, ſine habita ætatis atqve interſtitiorum ratione, promoventes, ac habitum angelicum comminiſcentes, graviter incuſantis, conf. Goar. de eadem re diſputantem, cur Græci minores ordines vix agnoſcant. Qvantum autem tribu- *Euchol. p. 237.* ant monachatui, ex eo qvam maxime intelligere eſt, *qvod mona-* *ſſ it. 247. n. 2.* *ſticam conſecrationem inter ſacramenta retulerunt*, & qvod blas- *it. Arcud. 6. 2.* *& 9.* phemum eſt, æqvam & eandem vim ad dimiſſionem peccatorum baptiſmo ac habitui monachico adſcribunt; *Et, ut magis ac magis divino lavacro eum exæqvarent, qvaſi in nova regeneratione nomina etiam mutabant: nonnullorum qvoqve credulitas eo devenerat, ut eo habitu, non ſibi tantum, ſed demortuis etiam & condemnatis, peccatorum veniam impetrari poſſe, aliis perſvadere conati ſint. Et mirabimur, in ea natione tam multos etiam ex Impp. hunc habitum morituros flagitaſſe; exultaſſeqve gaudiis, eum conſecutos, ut vix mente conſtarent?* Hæc omnia All. Græcorum ſuperſtitionem, non ſine tacita Latinorum, Græcis neqve in hac ἐθελοπερισσοθρησκείᾳ ceden- *P. C. 3. 16. a §.* tium, reprehenſione, taxans. Laborat All. qvomodo Monachatum *3. ad fin.* ex numero ſacramentorum extrudere poſſit, aptiorem autem rationem dare neqvit, ea ipſa, qvam Chemn. dudum dedit, nempe ſi ex dictis PP. numerus ſacram. ſit ſciſcendus, tum vel plura, vel pauciora fore. Nullibi autem plures uno in loco monachi degunt, qvam in monte Athone, qvem Allat. *laudatiſſimi, 30. & amplius* (Goar. numerat 24.) *nobiliſſimis monaſteriis clariſſimi*, elogio ornat. *Sanctus hic mons* (hoc ei nomen eſt κατ᾽ ἐξοχὴν) *tantis ut ita* *de Gr. qo-* *dicam monachorum gregibus colitur, ut ad 6000. ibi vitam agere no-* *rund. opinat* *ſcantur. Monachi a morum probitate & maturitate καλόγεροι boni ſe-* *§. 24.* *nes (ſi hodie ſchisma non foverent) nuncupandi. Goar.* Habemus E. *ad Euch. p.* ſcismaticos in monte Athone, eoqve laudatiſſimo. *180.*

*P. 86. it. p. 100.* XI. Deniqve Transſubſtantiatio. Jerem. *ſtatuit Eccleſia ca-*
*102. 240.* *tholica: mutari conſecratione facta, panem qvidem in ipſum corpus*
*Chriſti: vinum vero in ipſum ſangvinem ejus, per Sp. S.* Unde etiam
panem conſecratum, tanqvam pretioſiſſimum corpus Chriſti, pro
*ep. 1. de templ.* infirmis in muro appendunt, & non ſine veneratione conſervant,
*Gr. recent. §.* ut refert Allat. Sancita eſt eadem transſubſtantiatio, & anathe-
*17. ſſ.* matiſmo confirmata, in ſynodo ſæpe nobis citata. Verum eſt in hoc
qvoqve articulo, qvod Papæi pro pravo & erroneo habent; qvod
Græci vim transſubſtantiandi orationibus magis, & illapſui Sp. S.
qvam verbis & ſyllabis conſecratoriis adſcribunt, ut amplius ſit
*Ad Euch. p. 137* hic diſputandi, Græcos examinandi, accuſandi, conciliandi a-
*ſſ. P. C. 3. 15. 22.* pud Romanenſes campus u. Goar. Allat. Arcud. Nos nunc de
*ſſ.* eo nihil disqvirimus. Putamus autem ex hac ipſa etiam diverſi-
*Concord. 3.* tate factum eſſe fortaſſis, ut viri Docti negarint transſubſtantiati-
*27. ad 38.* onem a Græcis admitti; & proinde exilis ſane cauſa ſit Arcudio,
*3. 2. Conc.* Chem. urſino more adoriendi, & hoc modo lancinandi: *Chemni-*
*tius, ut eſt hæreticis familiariſſimum, mentitur Græcos in Concilio Flo-*
*rentino admittere noluiſſe mutationem panis in corpus Chriſti. Nam*
*in eo Concilio non fuit qvæſtio; an panis vere & ſubſtantialiter verte-*
*retur in corpus Domini, ſed qvibusnam verbis illa ineffabilis mutatio*
*fieret.* Sed non ita mentitus eſt Chem. prout tu ſolemni tibi phraſi
*P. 2. Ex. C. T.* dictitas, clariſſime Arcudi, Chemn. enim cum inqvireret in antiqvi-
*p. 148.* tatem dogmatis de Transſubſtantiatione, qvemadmodum Ponti-
ficii eam deſcribunt, ait tandem; *Sexto: ne Flor. qvidem Conc. tem-*
*poribus, univerſalis Eccleſiæ, omnium gentium conſenſu approbatum*
*& receptum fuit dogma de transſubſtantiatione. In ultima enim ſeſſio-*
*ne, inter articulos, in qvibus Græca Eccleſia a R. diſſentiebat, 4. loco po-*
*nitur de divina transſubſtãtiatione panis in Euch. Et cum conficiendæ*
*eſſent literæ unionis, diſerte & expreſſe exceptus fuit articulus ille de*
*divina transmutatione panis, qvam Latini tunc docebant. Et ante an-*
*nos 100. ſicut hæc hiſtoria indicat, nondum ſubjecti fuerunt anathema-*
*ti, qvi ſubſtantiationis opinionem non receperunt, vel approbarunt. De*
*recentioribus enim, qvorum ætate, magnæ doctrinæ inclinatio fieri cœpe-*
*rat, ut de Damaſceno, Theophylacto, &c. nihil diſputamus, qvando de*
*antiqvitatis ſententia qvæſtio eſt.* Hactenus Chemnitius. Dicit E.
Chem. 1. antiqvitatem non facere pro transſubſtantiatione, qvod

ex

ex vet. oſtendit, eorumqve locutiones ex ipſis interpretatur. 2. transſubſtantiationem ne qvidem in Conc. Flor. a Græcis admiſſam fuiſſe, prout eam Latini docebant. 3. multo minus anathemate munitam. 4. fatetur inclinationem jam Damaſc. & Theophyl. ætate factam; ſcil. ex male intellectis phraſibus & vocabulis vetuſtiorum, ut puta, *μεταστοιχήσεως, μετενέξεως, τροπῆς, μεταβολῆς*, transmutationis, verſionis &c. nec non præpoſtero metu; ne ſi transmutatio non crederetur, nuda & typica ſignificatio emergeret: ſi inclinationem horum temporibus factam eſſe largitur, non negat in totum, Græcos Conc. Flor. tempeſtate ſecius qvam par erat ſenſiſſe. Sed qvia Arcud. ad morem Bell. tantopere amat vocem mendacii, monſtrabo ipſi manifeſtum mendacium Bellarmini ſcribentis: *Porro Græcos agnoſcere pro vero ſacramento Extremam Unctionem, patet ex Concil. Flor. ubi ſine ulla contradictione receperunt inſtructionem Armenorum ubi inter alia ſacramenta numeratur extrema Unctio.* *T. 3. l. 1. de Ext. Unct. c. 4. §. accedat. deniqve.* Atqvi inſtructionem Armenorum non modo Græci non ſine ulla contradictione (qvod ſine fronte affirmat Bell.) receperunt; ſed ne qvidem eam oculis uſurparunt, cum, ut ſupra audivimus, Armenis adventantibus, Græci in procinctu ad abitum ſtarent.

Pertinaciam tandem indicat tot ſæculorum obduratio, qvæ ad noſtra uſqve tempora occalluit. In corrigendis Græcis fruſtra fuere, cum Phil. Melancht. in ea qvam ad Joſaphatum Patr. *A. 1559.* Conſt. Aug. Conf. ſub nomine P. Dolſcii editæ, per Demetrium qvendam, miſit commendationem, & epiſtolam de noſtra religione. Rodit hoc nomine Melanchthonem All. qvod re- *P. C 3. 82.* ſponſio a Conſtantinopolitano non fuerit ſubſecuta; ſed pro Melancht. reſpondeant ipſe c. l. All. & Caleca; culpam in impe- *l. 4. c. 25.* netrabilem Græcorum pervicaciam transferendo. Nec mirum id videri debet, Græcis non tam de veritate religionis, qvam de externis ſubſidiis & opibus, ſollicitis, ut vel in Conc. Flor. apparuit, & epiſtola Antonii Eparchæ Corcyræi ad Melanch. ſcripta *In Turcogr. l. 8. p. 545.* declarat, qva ad concordiam Chriſtianos hortatur, *ne, dum de cœlo rixentur, terram amittant*: Tum Dnn. Tubingenſes, qvi ad Jerem. P. Conſtantinopolin uſqve, Aug. Conf. & Compendium Theol. D. Heerbrandi, Græco idiomate expreſſa transferri curarunt, non (qvod in vulgus poſtea calumnia virulentiſſimi Ariſtarchi

Stantislai Socolovii, Theologi Polonici, ut dignus erat, a Theologis Würtemb. in Præf. Actorum, una cum ſociis, W. Lindano, & J. B. Ficklero, excepti, ſparſit) ut poſtqvam in occidente ſchisma patraſſent, in ſubſidium ſuarum partium, militem extraneum evocarent, ſed ut abſtergerent convicium novitatis, in Oriente per
*ſ. Turcogr. p. 428. 443. 495. 509. 545. 551. & præfat. Cruſ.* ſycophantes effuſum atqve ſemina, qvæ Steph. Gerlach. Concionator Oratoris Cæſarei ad portã Ottomannicam, Generoſ. D. Dav. Ungnadii, inſignis poſtmodum Theologus, jeciſſet purioris fidei, ad incrementa perducerent, & qvæ illorummet eſt apologia, ut ſi qvo modo per Dei gratiam oculi cœcutientium aperirentur, & erroribus inolitis valedicerent Græci. All. hic iterum inſul-
*p. C. 3. ſ. 3.* tat, dicens: *Irrita Melanchthonis ſtudia promoverunt poſtea M. Cruſ. & J. Andreæ. Qvid ipſi profecerint, hinc colliges, Lector. Reſponſio ad Confeſſ. licet anxie expectaretur, in multos menſes protracta eſt.* (Qvaſi vero intra unam ſeptimanam articulorum A. C. trutinatio, & reſponſionis transmiſſio fieri potuiſſet? Satisfaciat Allatio ipſe Patriarcha ad Cruſium ſcribens: *Literas veſtras &c. accepimus, tunc ſtatim reſponſionem ad ſingulos articulos, qvos miſiſtis, ordine conſcribi mandavimus &c. Sed cum multis occupationibus impediamur, nondũ ad finem opus deducere potuimus, etiamſi totum jam delineatum eſt. Cum autem Deo juvante totum poſt 2. aut 3. menſes abſolverimus, gratiſſime & amantiſſime vobis transmittemus.* qvam igitur procul habeat Allat. veritatem, hinc colliges, & de reliqva ejus narratione judicabis, lector.) *Qvod igitur nugantur,* (pergit Allat.) *Græcos viſa illa confeſſione, de Lutheranis, qvos antea condemnabant, rectius judicaſſe, Patriarcham pleraqve in ea probaſſe, de aliis qvibusdam dubitaſſe, ideoqve plura exemplaria exoptaſſe* (*an rectius qvis judicat de eo qvod actu damnat? an probat qvæ & auctoritate PP. & traditionibus Eccleſiæ, contraria ſtabiliendo, refellit? & qvid opus erat Græcis illis exemplaribus, qvæ cõmuni omniũ ſententia proſcribuntur? an, ut cõburantur?* poſtilla: *Bilem movit non Pontificiis, ſed Græcis, qvi confeſſionis capita deteſtati ſunt. Summum etiam mendacium eſt, tranſportationem librorum Lutheranorum probibitam fuiſſe a Pontificiis, ut qvi nullam talen facultatem in Græcos exercent.* (Rectius Græcos de nobis judicaſſe, & plura exemplaria petiiſſe, patet ex epiſt. ultro citroqve miſſis. damnavit qvædam, non imus inficias, ſed ut tu dicis ex

PP. &

PP. & traditionibus; neqvivit ex S. codice. damnavit non omnia. damnavit non fulmine Pontificio. Ubi exemplaria fuerunt proſcripta? ubi combuſta? Bilem hoc inſtitutum non movit Pontificiis? adeone All. in animum induxit omnia negare, & ſuis aſſentari? qvid igitur Socolovius, aliiqve cavillatores egerunt? inſolitumne præterea eſt apud vos libros a noſtratibus ſcriptos prohibere? licetne illos per Viennam in Auſtriam, Ungariam, nedum Conſtantinopolim, impune transvehere? Pontifexne Rom. talem facultatem in Græcos non exercebit, qvi igitur eidem, tanqvam capiti ſunt ſubjecti? Legatur qvæſo ep. 9. Joh. Zygom. ad Cruſ. in qva promittit, *ſe, ubi oportuerit, pro Cruſio & D. Andrea in defenſionem adfore*, cauſam apponit, *quia multi ſint ex fratribus Papiſtas ſe vocitantibus, qvi mirifice fremuerint, poſtq. reſciſſent, Lutheranos fidem ſuam ſcripto ad Græcos transmiſiſſe:* & addit: *ego autē eis reſtiti objiciens: vos diſſentire ab ipſis propter ipſorum in religione abuſus, & novas opiniones abſurdas. de qvibus nos in multis vobiscum ſentimus: ab illis vero valde diſſidemus.* Indeqve etiam melius erga nos animati eſſe cœperunt. Cruſ. Hæc qvidem ſufficere poſſent retundendo Allatio, ſed producatur ipſe Jerem. Tubingenſes ita alloqvens: *non minimum lætatur mediocritas noſtra, qvod in multis*, (& ut alibi dicit in κυριωτέροις) *veſtra doctrina cum noſtra conſonat Eccleſia*, conf. ea, qvæ honorificentiſſime de illis prædicat. Neqve tamen tacet Allat. ſed denuo in nos invehitur: *Hinc Turco-Græciæ & Germano-Græciæ natæ, ut ſacros nationis illius ritus convellerent, & Græcos ipſos diffamarent. Indignus ſane labor, qvo miſeris, & Dei permiſſione afflictis propter fidem ab impio tyranno, per ſummum nefas, qvaſi idoneis illuditur.* Grandis dica, qvam contra Chriſtianam charitatem, contra Veritatem, Viris bonis, Allatio nec malo nec bono cognitis, impingit acerbiſſimus homo. Ubi ritus illorum convelluntur? ubi diffamantur? ubi illis illuditur? Recognoſcat All. ſua, & gregalium ſuorum vehementiſſima adverſus Græcos ſcripta, & deprehendet, hanc cenſuram in illa exactiſſime qvadrare. Si titulum libri Turcogr. admordet, nihil aliud qvam cavillatur. Arcudius Cruſium hanc hiſtoriam merito inſtar ἱπποκενταύρου inſcripſiſſe judicat. Craſſe autem mentitur Cyrill. Bernh. fingens, *Lutheranos Jeremiam ad communionem partim multa pollicentes*

*l. 7. Turcogr.*

*ib. ep. 13. annot R. II. p. 200.*

*R. III. p. 347.*

*Conc. p. 100.*

*ap. All. P. C. 3. §. 5.*

*tes partim comminantes,& violenter inſtantes, invitare voluiſſe.* Qvid autem conſecuti ſint Tubingenſes, eluceſcit ex epiſt. Jeremiæ præfixa, & R. II. fine, qvod hoc epiphonemate concludit: *Nunc igitur accedite toto animo: omnem novitatem abſurdam, qvam chorus œcumenicorum Dd. in Eccleſia non admiſit, longiſſime a vobis abjicientes.* it. *Nam cum in præcipuis fere omnibus concordemus: non oportet vos, qvædam ſcripturæ dicta ſecus intelligere & interpretari, qvam lumina Eccleſiæ & Oecumenici Dd. interpretati ſunt.* paulo moroſius R. III. finem imponit talem: R*ogamus itaqve vos, ne poſthac labores nobis exhibeatis: nam Theologos, qvi Eccleſiæ lumina fuerunt, alias aliter tractatis, armaqve noſtra, inutilia nobis efficere vultis. Veſtram E. viam euntes; ne amplius de dogmatibus, ſed amicitiæ tantum cauſa, ſi volueritis, ſcribite.* Hic jam triumphat All. *His confuſi* (ait) *Novatores, a Græcorum animis tentandis abſtinuerunt. Nec verbum de confeſſione ultra factum eſt.* Hercules tuam fidem? verbum ultra non factum eſt? imo adornarunt Wurt. R. III. ad R. III. Jeremiæ, ut oſtenderent libellum ſuum non eſſe refutatum. Eſto, qvod vult Allat. Eodem modo confuſi fuerint Apoſtoli, pulverem ex calceis, coram incredulis, & Evangelium rejicientibus, decutientes. Jeſuitæ confuſi fuerint non una in regione Indiarum, in Græcia. Ruſſia. Et qvis novit vias Domini, annon in cordibus qvorundam ſaltem, Evangelici hujus inſtituti procuratio fructum juſtificantem procreaverit? Translata fuerat confeſſio noſtra etiam in lingvam vulgarem Græcam, in gratiam Mich. Cantacuzeni: converſa in ſermonem Ibericum, juſſu Principis Iberianorum. Dicit qvidem All. *hos qvoqve conatus divina providentia compreſſos eſſe; cum apud illā nationē liber ille, in nullo pretio habitus, viluerit & abolitus ſit.* At unde hoc Allatio conſtat? eſto autem, idem fatum Dei verbum, & vera religio plerumq; inprimis in Papatu ante Lutherum, paſſa eſt.

*Turcogr. p. 68. ib. p. 199. P. C. 3. §. 3.*

II. Roboramentum fuit mutua anathematizatio: Sicut enim Patriarcha Conſtantinopolitanus qvotannis in die cœnæ Domini, Pontificem R. cum tota Eccleſia Latina, ſolenni ritu excommunicat: verba Cauci ex hæreſi 16. repetit All. & illud qvoqve e ſynaxario recitat; confundantur, qvi in ſacrificio azymum offerunt: & aliud rurſum ex Matth. Hieronomacho. Interim nolo diſſimulare, Anton. Caucum Archiepiſcopum Corcyræum

*P. C. 3. 17. 13. Spond. ad A. C. 1438. n. 25.*

cyræum, ob hoc aſſertum atrociſſime ab Allatio vapulare, & fere diſcerpi. Audit enim apud All. Archiepiſcopus Pontificius; *vir nullius plane doctrinæ, vel judicii, mendax, calumniator, ſceleratus, fraudulentus, fallax, os ſtygium & durum, non niſi mentiri gnarum, ſilice lapide ſtultior, qvi nunqvam habuit ſanum ſinciput, hæreticus.* Laudat ipſum qvidem Stevart. *ut teſtem oculatum* neqvitiarum Græcanicarum adverſus R. Eccleſiam & ipſe Caucus ſe talia a Græcis, inter qvos vixit, audiiſſe teſtatur. non tamen placatur All. ſed reſpondet; *multa in Corcyrenſes vel pravus uſus, vel ſacerdotum inſcitia, utinam non etiam Antiſtitum negligentia* (cur ſummus Antiſtes & Paſtor horum negligentiam non compeſcit? nimirum qvia ipſe in officio ſuo negligentior nonnunqvam eſt, prout nuper conqveſti ſunt Luſitani apud Cl. Iſmael Bulliald.) *potuit invehere.* Poſſem pro Cauco multa dicere, & ſingulis objectionibus Allatianis reſpondere, verum brevitatis ſtudium illam operam in aliam occaſionem rejicere nos jubet. Excerpimus tamen aliqva. Inqvit All. *Tantum abeſt autem, ut R. Pontificem excommunicent, ut nec ejus mentio inducatur.* (Ambigua vox eſt, ut nec ejus mentio inducatur; vel enim vult, ne qvidem mentionem Papæ fieri, nedum anathematizari: vel nomen ejus in diptychis inductum vel eraſum non eſſe: Si prius, ſatis eſt, Papæ nullam mentionem fieri, dumqve catholici laudantur, nomen ejus tanqvam acatholici reticeri. (Legi vellem ea qvæ habet de hac dominica, & ipſo ſynodico All.) Satis eſt, non meminiſſe Græcos Papæ in precationibus ſuis, qvando pro fidelibus & orthodoxis Patriarchis, epiſcopis, & Dd. ſupplicant: hoc ne intermittet, qvi Papam pro œcumenico Patriarcha agnoſcit? Si anathema dicitur omnibus hæreticis, ſub generali illo titulo Papam qvoqve comprehenſum volunt. v. All. Si poſterius, hiſtoriis & experientiæ refragabitur, ego, niſi memoria fallor, in orationibus Græcorum nullibi mentionem Papæ R. animadverti, qvod argumentum eſt eum nunqvam in diptycha reſtitutum fuiſſe: de qva re eleganter diſſerit Sguropul.) *Imo divina providentia factum eſt, ut nec eo loco,* (philoſophatur amplius All. *ubi videbatur commode fieri poſſe, facta ſit. Monothelitarum enim hæreſin, & eorum auctores, condemnantes, nominatimqve omnes recenſentes, & Græcorum tantum meminere. De Romano Honorio altum ſilentium eſt.* (Adverte qvæſo ani-

*præf. in Man. Cal.*

*Pro Eccl. Luſ. p. 2. ſ. ab 18. ſſ. edit. Argent.*

*de ll. Eccl. p. 143. ſſ.*

*P. C. 2, 3. 4. ſſ.*

*Hiſt. C. Flor. S. 12. c. 8.*

mum

mum Lector, divina providentia hæreticorum ſingulorum curam gerit, ne in catalogo hæreticorum damnentur, modo aliqvamdiu in throno illo papali, *Angelis ipſis reverendo*, qvæ Spondani vox eſt, ſederint. Gratias autem agimus Allatio, qvod ingenue faſſus ſit, Honorium Papam fuiſſe hæreticum Monothelitam, Melch. Canum ſeqvi ſatius eſſe ducens, qvam cum aliis ἀναμαρτησίας Papalis propugnatoribus, in varias ſe transformare figuras, ut antea obſervatum eſt D. Gerh. noſtro. Dicat autem mihi All. qvia ex ipſius principiis, nutante, adde & labente Papa, reliqvi omnes nutant & labuntur, an tempore Honorii omnes reliqvi epiſcopi lapſi ſint, adeoqve Eccleſia errarit? & illa qvidem Eccleſia, qvæ contra hæreticum Papam orthodoxiam firmavit? Sicut, inqvam, Græci Latinos excommunicant, ita viciſſim Græci a Latinis ſunt excommunicati, præſertim a Leonis IX. Apocriſiariis, apud L. Allat. itemqve in epiſt. Innoc. Papæ ad Joh. Patriar. deſcripta a Bzovio, unde Gretſ. tribuit Græcis peculiare cœlum; qvod vocat Græco-ſchiſmaticum, aitqve, parum vel nihil differre a cœlo. Calviniano. Auxit porro obſtinationem funeſtum iconomachorum incendium, cujus primam facem Judæis imputat Baron. Jerem. Patriar. & Bell. Erratum erat in extremo utroqve, hinc ab Eois, iconoclaſi, Auctoribus Cæſaribus Græcis, Philippico Bardane, L. Iſauro, qvam par erat ſæviori, Conſtantino Copron. in cujus poſt fata famam debacchantur Papæi, ſtupendas ei blaſphemias ac impietates horrendas imputantes, ſigna ſuſtollente Bar. qvem refellit Rivet. Leone IV. porro Porphyrogennito: horum, aliorumqve Auguſtorum edicta de imaginibus tollendis collegit Melch. Heimsfeld. cui elenchum oppoſuit Gretſer. in horto crucis, una cum gloſſis ad acroſtichidas Gr. Lat. veterum iconomachorum. Errorem in his detexit noſter D. Oſiand. Illinc ab occiduis idololatria, auctoribus epiſcopis Rom. præcipue Conſtantino Gregorio II. & III. qvorum judicia poſt ſynodus Nicæna, ſecunda idololatrica ſub Irene eſt ſecuta; qvam cum jubilo exceperunt epinicia de triumphata iconoclaſi, memorata a Baron. Compendium harum hiſtoriarum vide ſis in Cluver. Deniqve Carolo M. autore in Francofurtano Concilio ad auream mediocritatem omnia ſunt redacta, qvo imaginibus retentis, cultus eſt abro-

*In Vita Bar. §. 21.*

*Bell. Bar. Spond. Gretſ. Wagnerecc. Exeg. l. 4. de Chr. §. 287.*

*de ll. Eccl. p. 160 ſſ conſ. Voſſ. diſſ. de 3. ſymb §. 48. A. 1199. n. 4. Tractat. de Sar. cœl. Steb. præf. ad Calec. A. 723. l. ſup. prelato. l. 2 de Imag. SS. c. 6. A. 741. 766. n. 27. In apol pro ſacroſ. Virg. Mar. l. 2. c. 1. p. 1197 Inl. Imp. decr. de cultu im. Gent. 8. l. 1. c. 19.*

*A. 842. Epit. p. 426. ad 435.*

abrogatus; frigent qvæ contra hoc concilium excogitavit Baron. & Bellar. qvæ refutata invenias apud M. A de Dom. imprimis magnum Dorſchæum pecul. diſſ. ad Concil. Francof. add. ſi lubet, Dall. & Uſſer.

Seqvitur IV. Deſertio, & dictum vale Eccleſiæ Romanæ. Græca enim Eccleſia pertæſa tyrannidis Latinæ, hanc tanqvam novercam & meretricem palam eſt execrata, (quam qvidem ut ſororem adhuc aliqvamdiu amaverat, conciliaturæ ſtudioſa, qvo & non alio referenda eſt epiſtola Baſilii Auguſti & Ignatii Patr. Patr. ad Hadr. Papam, repetita a Baron.) ore Germani Patriarchæ A. 1237. cujus ſententia legenda eſt apud Matth. Pariſ. conf. ib. p. 304. cum Pontifex Joh. Byzantinos ad diſputandum evocaſſet, Laconice hi reſcripſerunt: *potentiam tuam tolerare non poſſumus, avaritiam ſatiare non valemus. diabolus tecum, Dominus nobiſcum,* teſte Joh. Mandevilla, cui L. All. aſſociat alterum teſtem Ludov. de Rom. Nihuſ. qvidem elevat fidem Mandevillani, *ut ſimplicis & inepte creduli;* ſed ſi ſic eludere licebit narrationis ſcriptorum Pontificiorum, videat, ne nobis ex ſua pharetra ſuppeditet tela, qvibus relationes de miraculis configamus: labaſcit præterea per latus Mandevillani auctoritas ipſius Nihuſii; qvamvis enim judicibus Allatio, & J. N. Erythræo, *homini falli neſcio* (ut ait) *ſi homo emunctæ naris*; perdoctus tamen Theolog. Pariſ. Joh. de Launoy, cum dixiſſet *B. Nihuſium Polycarpi de la Riviere fabulas ac dolos novo cumulaſſe mendacio,* hoc tandem ſubdit: *Sed audio Nihuſium hominem eſſe qvidem doctum, ſed credulum, qviq; in ſtudia critices laborem nullum inſumſit, qvæ affirmate ſcripta reperit, ea pane omnia pro veris habet.* qvid igitur amplius Nihuſio credendum? Non diffitetur hanc deſertionem Gretſerus; nec hodie Goar.

Hinc jam V. tentata Conciliatio aliqvotiens, verum illa ſemper vel repudiata, vel reſciſſa. conſul. Voſſ. Allat. M. Ant. de Dom. Caleca R. Creygth. Omnium vero maxime procurata in Concilio Florentino, in ſchiſmate coacto ſub Eugenio IV

*l. 2. de im. Sanct. c. 12. & 14 it. l. 2. de Concil. c. 8.*
*de rep. Eccl. 7. 12. 55. ad 79. de uſu PP. p. 89. 105. 108. ſ. de ſucceſ. Chr. Eccleſ. c. 2. § 4. A. 8. 71. in Henr. III. p. 509.*
*P. C. 3. 17. 14. In utroqve progr. § 5. & 7.*
*diſſ. de S. Brun. p. 152. ſ. edit. Arg. qvam in Germ. curavit Nobil. Port-ner. ad Cod. 3. 14. 7. 2. Præf. Euch. ad Lect. diſſ. l. § 49. ſſ. P. C. 2. 15. & 16. de R. E. 7. 11. 182. cont. err. Gr. l. 3.*

ad ſymbolum declarativam licite & ex neceſſitate factam eſſe. III. In azymo æqve & fermentato poſſe euchariſtiam conſecrari. IV. eſſe purgatorium, animasqve in eo juvari precibus & miſſis. V. R. P. habere primatum capitis in Eccleſiam univerſalem. (β) (hæc nim. erat Helena, de qva ſaltabant Latini.) Sublesta hæc fide, qvod haud difficulter ex ipſis ſcriptoribus pontificiis erueris: multo autem magis ſubleſtam dices, ſi evolveris Hiſtoriam Conc. Flor. a Sylveſtro Sguropulo, magna Eccleſiarcha, qvi ſynodo pars non vulgaris interfuit, conſcriptam, a Pontificiis hactenus, cauſas qvilibet divinare poteſt, intra ſuos forulos cohercitam, nunc miro fato protractam, & editam a Viro pereruditо Rob. Creygthon, Ser. R. Angl. Sacellano, qvam percommode, ſtatim ut edita fuit, ad me miſit optimus & Præſtantiſſimus Vir & Evergeta meus Jo. Görlinus, Bibliopola Ulm. cui tot jam præclaros ſcriptores debeo; ex illa, inqvam, hiſtoria planiſſime perſpexi, qvæ Romanenſium, Sever. Binnii, Spondani, Allatii &c. fides ſit hiſtorica, qvamqve viri alioqvin doctiſſimi incautos fallere ſoleant. Habitus itaqve eſt conſenſus Græcorum, neutiqvam abſolutus, ſed permiſſivus, pacis & concordiæ cauſa indultus; datus a Græcis preſſis, auxilii temporalis contra Turcas cupidis; damna per Latinos ingruentia metuentibus; vi & importunitate Imp. ſui; inſulſiſſimi Patriarchæ minis & beneficiorum exprobrationibus; Papæ increpationibus; alimentorum denegationibus; deniqve largitionibus, adactis; nec ita tamen a ſuis expoſitionibus & interpretamentis, circa omnes articulos, prorſus recedentibus. Subſcripſit qvidem Literis Unionis Imperator Græcus (γ) magis de ſubſidiis, qvam fide ſollicitus, *oculis cæcis, lingva muta, invito calamo*, qvæ ſunt verba M. A. de Dom. ſubſcripſit ἐξ ἀνάγκης καὶ ἄκων, ut alitubi loqvitur Sgurop. Marcus v. Eugenicus Epheſius, (δ) Deſpota, ἀδελφϋτζικος h.e. frater Imperatoris, Stauropolenſis, Gemiſtius, G. Scholarius, Legati Iberici, uti dogmati Latino conſenſum præbere noluerunt, ita nec nomina ſubſcripſere, haud abnuente Allatio, & plenius veriusqve referente Sguropulo: qvicqvid poſtmodum unus alterve Græculus eſuriens ſcripſerit contra; & nominatim Gennad. Scholarius in ſua apologia, in cœlum usqve evectus ab Allatio.

*β. præfat. Creygth. l. c.*

*Præfat. Creygth. Hiſt. C. El. p. 281. δ. omnino ib. p. 282. 299. 301.*

*P. C. 3. 2. 1. δ. Spond. Turcogr. Nic. Chalchondyl. P. C. 3. 6.*

(α) All.

(α) All. *Exciſis jam Græcorum viribus, eorum proceres, & Imp. ipſe, remedium ſic ubi eſt, ſibi procurant, & ad genua R. P. in qvo ſalus corporis & animæ repoſita eſſe videbatur.* (ſcil. juxta illud Jerem. maledictis &c. ſed profecto, videbatur tantum.) *Regebat tum Remp. Chriſtianam ductu atqve auſpicio ſuo* (fuiſſet infra Majeſtatem Papæ, ſi dixiſſet, ductu ſuo, auſpicio Chriſti) *Eugen. IV. Imperator, neglecta Baſilea, Italiam præfert, nec vult ab alio, qvam a proprio paſtore, in negotio tam arduo, regi.* (riſum tenete! qvam perfide autem & imprudenter Imp. Baſileam neglexerit, non ſinit nos ignorare Sguropul.

*P. G. 3. 1. 1. c. 17. 6. 5.*

(β) Neqve tamen reportavit hanc Helenam. Qvod ſi enim obtinuiſſet, qva ratione Græci, licet enixe inſtaret ſummus Pont, potuiſſent recuſare electionem novi Patriarchæ, Florentiæ peragendam; cur it. Imperator Epheſium, licet urgente Papa, non paſſus eſt anathemate feriri? cur ipſum potius amice fovit, & Patriarcham conſtituere voluit?

*Sgur. p. 299. 3ᵒ4. Creygth. præf. L. f. Sgur. S. 10. c. 12. S. 11. c. 2. S. 12. c. 2.*

(γ) An etiam Patriarchæ μεγάλη ἁγιοσύνη ſubſcripſit? Negant Coreſius, Amyrutzius, & Pletho Gemiſtius apud All. Sed temere id negari ait All. cum M. Epheſius id aſſerat. factumq; improbet: ego vero dico, & audacter dico, Epheſium id non aſſerere, neminemqve præter All. aſſertionem exſculpturum eſſe. nam Joſephus Methonenſ. qvi qvalis fuerit homo, expoſuit Sgurop. & Creygth. nullam meretur fidem, annon autem ſtupor qvidam eſt, contendere, ſubſcripſiſſe Patriarcham, & ſimul fateri, ſubſcriptionem ejus inter reliqvas non apparere: an evanuit? an eraſa eſt? Et qvare Methonenſi plus credamus, qvi concilio non interfuit, qvam Amyr. & Gemiſtio qvam Sguropulo, qvi interfuerunt, qvorum verba omnes negantes confodiunt. Et qvi ſubſcripſiſſet, cum ante procuratam ſubſcriptionem fuerit repentina morte abreptus? qvod ſi Epheſio contigiſſet, pontificii plenis buccis, Baroniano more, clamarent: malum ϑεήλατον ob contemtum ſedis Romanæ ei fuiſſe immiſſum. Eſt & aliud adhuc exem-

*P. C. 3. 2. 1. & 2. In præf. L. f. p. 347.*

Beſſar. loco Chryſocuchei,&Sardiani Metropolitæ,illius vivi hujus Ferrariæ mortui ſubſcripſerit.

P.C.3.2.5. (δ) All. ut auctoritatem hujus viri omnem convellat, ex mendaciſſimo Methon. refert, *Epheſium,cum videret ſe ſuſtinendæ Græcorum cauſæ multo imparem in ipſis primis congreſſibus ſatius eſſe duxiſſe, ſilentio rem peragere, qvam loqvendo infamia affici: ideoq; diſputationes ſubterfugientem, morbum ſimulaſſe.* Hic ſane videtur. Allat. omnem fidem ſponte voluiſſe prodigere; invitus hoc contra virum tam celebrem pronuncio, ſed veratate adictus aliter neqveo. Hoc enim effatum in ſpongiam incumbere jubent
S. Spond. A. 1438. & 1439. non Sgur. tantum, ſed ipſi qvoq; ſcriptores Rom. Acta Concilii, & qvis non? ne enim unicum verbum verum. eſtneq; dubito Allat. ſciviſſe, Methonenſem mentitum eſſe; ſed ille nihil penſi habere voluit, qvicqvid dicatur, modo faciat ad ſuam cauſam, utcunq; aſſerendam! Epheſius qvippe acerrime usq; ad finē reſtitit. Sed forſan. All. cum Methonenſi excluſionem Epheſii, interpretatur ſui ſub-
l. c. n. 4. ductionem, & diſputationum fugam, de qva Spond. narrat, *Imp. ſuis ſuaſiſſe unionem ob majores calamitates ipſi obventuras: ac propterea contentiones ac diſp. ceſſare debere, qvare duabꝰ adhuc ſeſſionibus celebratis (qvibus tamen noluit Imp. intereſſe Epheſium & Heraclienſes, qvod nimis contentioſe rem agerent, ipſe vero viam unionis toto animo qværeret) magis ad audiendas novas Latinorum reſp. & doctrinæ ſuæ probationes, qvam ad diſp. ineundas: poſtqvam id Joan. præclare egit, nemine Græcorum contradicente.* ubi qvidem ridiculus eſt Spondan. dum ait: *Io. provincialem præclare Latinorum ſententiam confirmaſſe, nemine Græcorum contradicente*; qvis
S.4.c.30.S.ib. p. 278. 293. f. 309. f. Not. ad S. 6. c. 9. enim contradiceret, ſi adverſarii excluſi fuerunt? Sed ita Romani victorias ubiqve furari ſtudent. Qvin Sgur. teſtatur, 5. crucigeris omnem diſputandi & ſuffragandi facultatem ademtam; & poſtulata Latinorum ab Imp. confirmata fuiſſe, tota ſynodo Græcorum ignorante & inconſulta, niſi qvod homines Papæ ſibiqve addictos adhibuit: ut impudentiam Papæorum non ſatis mirari liceat, qvi Unionem illam πλαςοῖς λόγοις tantopere incruſtare audent.

Bell. Arcud. Caryoph. Spond. (ε) De cujus ſcriptis nondum adeo liqvet, ut ex ſcriptoribus notum eſt, multum d. l. laborante Allatio, at refragante nuperrime, & tanqvam commenta Pontificiorum coarguente Creygroh-

Creygthonio : utut ſit, Gennadius certe, in ſua ad Muham edem *præf. L. e. Turcogr. l. 2. p. 110. ſſ.*
fidei expoſitione, nullius meminit articuli ex iis, de qvibus cum
pontificiis pugnatum erat.

Nunc VI. eadem reconciliatio repulſam tulit primum a M.
Epheſio, in qvem All. hæc tela vibrat : *Imp. re benegeſta in concilio,*
*& unione Eccleſiarum completa,* (complemento iſti conſimili de *c. 9. §. 16.*
qvo Matth. ita completa, ut Græcis ſacra peragere poſt unionem
Papa non permiſerit; ita completa, ut ea Venetiis, ſine adjectione
in ſymbolo, ſine mentione Papæ perfecerint ; ita completa ut Græ-
ci Legatis Anglicis Bononiæ dicerent , utramqve Eccleſiam ſua *Sgur. p. 297. 307. 318.*
dogmata retinere, ex qvo hi recte concluſerunt, hanc Unionē non
eſſe Unionē) *Pontifice laudante, nec non ſuppetias ferente* : modicas
admodum, ægre datis alimentis ) *cum ſuis Byzantium remeat : uni-* *Sgur. S. 10. c. 17. Creyg. præf L. m.*
*one cum R. E. firma ac ſtabili.* jocatur puto, dum laudat firmi-
tudinem & ſtabilitatem Unionis partim non approbatæ , partim
ex templo disruptæ ; parum duraturam unionem ex Goare me-
lius vocaſſet. *M. Epheſius, a malo dæmone percitus omnia denuo tur-* *ad Euch. p. 898.*
*bat. Marco una aderat Scholarius qvidam, doctus qvidem ſed animo*
*effero atqve inſaniente :* Hæc All. Hunc Eph. deinde ſecuti plu-
res alii, qvi in eadem contradictione perſtiterunt , qvos recenſet *P. C. 3. 1. 1. it. c. 3. 1. P. C. 3. 3. 5. ſſ. c. 7. §. 5. 21. 12. H. C. F p. 316. 332. 340 ſſ.*
All. cur igitur neminem ex iis, qvi ſubſcripſerunt , revocaſſe fa-
cinus ſuum ſcriptitat All. legat Sgur. & forſan hoc revocabit. E-
qvidem All. qverelis Eph. occurrere anniſus eſt, ſed non tam jeju-
nis, qvam falſis reſponſionibus. Poſt hæc, Græcanicam eccleſiam
idem feciſſe, non tantum fatentur A. Caucus, Chalcond. & Tur-
cogr. ſed exprofeſſo in Hiſt. ſua Sgur. prodit, Græc. noluiſſe ſta-
re iis, qvæ acta eſſent in Italia, nominatimqve proteſtatos fuiſſe *S. 11. c. 6. & 7. S. 12. c. 1.*
Corcyræos , Methonenſes, Eubœenſes, Conſtantinopolit. Impera-
tore etiam curam rerum ſacrarum ſusqve deqve habente. Nec ad-
miſerunt Unionem 4. Patriarchæ Orient. ſynodice congregati , o-
mnia acta Florentina anathemati ſubjicientes , & Metrophanem
tum Patr. Conſt. nemine hæretici, tyranni, matricidæ, inſignientes *P. C. 3. 4. 1.*
& [illegible] quod vel Allat. ipſe teſtatur. Circa eadem tempora

*Conc. 4.5.* Flor. rejecerunt Græci, affirmante etiam Arcudio; adeo ut nec altera A. 95. ſuperioris ſæculi, per Ruſſiæ Polonicæ epiſcopos Romæ apud Clem. VIII. tentata, ſperatum fructum tulerit; Ruſſis Græcis privilegia ſua violente etiam in hodiernum diem tuentibus, qvod non ſemel conſignavit Paul. Piaſec. Premiſliens. E- *Chron. p. 138. 443. 459.* piſc. Eaqve cauſa tum fuit nullius poſtea a Latinis (ita Turcogr. p. 4.) miſſi auxilii, Græcis fruſtra hilaturientibus: *Papa de tarditate in Unionis negotio conqverente, & in hoc potiſſimum curam intendente (NB) ut Imp. faciat ſibi ab omnibus talem & reverentiam ac obedi-* *P.C.3.4.i.4. co: ſ. Cornel. a Lap. ad 2. Act. p. 66.* *entiam exhiberi; qva merito ſua Pontificiali auctoritati debet impendi,* ita All. ex reſp. Eugenii. Duo hic qværo ab Allat. qvod ſi Græca Eccleſia Papæ hactenus fuit conſentiens, cur Patriarcham Conſt. nomini ſuo titulum œcumenici Epiſcopi præfigentem, non dehortetur, vel non parenti, fulmine ſuo dejectionem comminetur? 2. cur *Conc. 4.5.* ſemper Latinum hactenus creaverit Epiſcopum Conſtant. titularem, ſi Græcus cum R. E. conſentit? Vidit hunc ictum Arcud. & nugatur aliqvantum, ſed tam levi amictu hoc telum non exibit.

VII. Nemeſis Divina ob enormia peccata orientis decus *ad l. 1. Turcogr. p. 55.* ferro Turcico delevit. Cruſ. cauſas mutationes rerump. inducentes, & a politicis recenſeri ſolitas, commemorat. Sed an ideo *Bell. Gretſ. Bzob. Corna. Lap. alis ad A. 1453. n. 18. A. 447. n. 21.* præciſe in Pentecoſtalem feſtivitatem πανολετρία Imperii Græci incidit, qvia proceſſionem Sp. S. a Filio negabant Græci? id qvidem divinarunt Romanenſes, ſed a domeſtico Propheta rejecti Spondano, tum feſtum pentecoſtes non fuiſſe, monſtrante, *Deumqvè ullis diebus ad faciendam vindictam alligatum velle prohibente.* Baron. opinatur incrementa Hiſpaniarum & Galliarum additioni ad ſymbolum hujus particulæ *Filioqve* tribuendam eſſe: contra vero ſchiſmaticos orientales, ex qvo πρόσθησιν reſpuerint, Turcico jugo premi: qvaſi minus nunc Chriſtianorum eſſet ſub illo jugo, qvam fuit ante: qvaſi non Africa eodem jugo premere- *B. omnino memorabil. epicris. Creygth. præf. L. g. 2. R. E. 7. 11. n. 30.* tur, & omne ferme Chriſtianum nomen in ea eſſet extinctum, in qva tamen proceſſio a Filio, ſub Magiſtro Auguſtino, fortiter fuit propugnata. qvibus fere verbis, *in ridendis inſulſis & ordinariis* (ut loqvitur) *prophetiis Baronii* utitur M. A. de Dom. & n. 130. contrarium ei occentat. Gennad. Scholar. ſive ſit verus, ſive ſuppoſititius

interi-

interitus gentis ſua culpam imputat ſchismati & diviſioni a R. E. neqve diverſus abit Bell. & Spond. d.l. concinit & præ aliis Stevart. Juſt. Pacius, Gretſerus in Cod. p. 112. edit. Paris. Gretſero autem J. Goar tum ob inſcitiam rerum Græcarum, tum qvod ſæpius inſulſe Græcorum miſeriæ inſultet, os aliqvoties diverberat; Goari contra, eruditione qvidem impar, in capillos viciſſim involat S. Wagnerecc. monens, viros doctos condonationem potius, qvam exagitationem ob errores mereri. at idem, o bone! a Gretſero impetrare debuiſſent, vir de lit. Gr. præclare meritus, Meurſius, cujus Lex. identidem flagellat, absqve qvo tamen ſi fuiſſet Gretſ. fortaſſe cœci inſtar in multis erraſſet; nec non primus Codini editor Fr. Junius, qvem indignis modis a Gretſ. exceptum fuiſſe, qveritur gener, G. J. Voſſ. vicem autem Gretſ. rependit R. Creygthon. Verum hi omnes fallaciam committunt a non cauſa ad cauſam. Nos potius omnes illas cauſas hic concurrere exiſtimamus, qvæ in mutationibus & everſionibus civitatum a ſagacioribus advertuntur: ne enim jam dicam, ut præpoſtere, impie, ſacrilege, ſine cura Numinis, omnia fuerint adornata, qvod doctus ſane & gravis vir Sgurop. non diſſimulat: id imprimis fatale malum Nemeſin divinam armaſſe videtur, qvod indigitatur veræ religionis, & pietatis neglectus, ac in frunitum cum R.E. coaleſcendi, ob ſpem ferendar. ſuppetiarum, (ad modum Judæorum nil niſi fœdus & opes Ægypti ſuſpirantium) ſtudium qvod aptiori vocabulo qvam ſyncretismi exprimere vix poſſumus; cujus, repudiatis ab Imp. rixoſis diſputationibus, ipſiſſimam in hiſt. Sgur. habemus ideam, blandientibus & jucundis vocibus *ἐναλικῶν τρόπων, συγκαταβάσεως, οἰκονομίας, μεσοτήτων*, conveſtitam !: atqve utinam medium, componendi controverſias Græci aliud non elegiſſent, neqve hodie *οἱ μεσάζοντες* obtruderent qvam veritatem, juxta nobile Beſſarionis ad Julianum Cardinalem, vocabulum Medii freqventer ingeminantem, reſponſum: *μεσότητα δὲ ἄλλην ἡμεῖς ὀυκ ἔχομεν εἰ μὴ τὴν ἀλήθειαν. ἐπεὶ γὰρ ἔχομεν τὴν*

*5. capp. Flor. p. 143. defenſ. præf. libb. de R. Pont. it. T. 1. l. 2. de R. P. c. 31 ſ it. T. 2. l. 4. de Ecc. c. 18. Obſerv. in Cal. p. 370. 409. In Reviſ. Simpl. Ind §. 53 65. 66. Piet. Mar. Gr. n. 19. præf. Oper. de Lat. Hiſt. N. ad S. 4 c. 1. it. S 5. c. 14 Hiſt. Sgur.*

*Sgur. S. 5. c. 6.*

viſam ab alia aperte profitetur. Eſt iſta indiviſio prætenſa 1. confeſſione clara. Sunt enim in cogenda harmonia hodie occupatiſſimi Romanenſes; at qvam vane, abſurde, falſo ſatis arbitror eluceſcere ex iis, qvæ propoſuimus. Deinde liqvida conſeqventia hom. omnis cœtus notis Eccleſiæ Ballarminianis inſignitus, eſt unus idemqve cum cœtu Romano catholico: Atqvi cœtus Græcanicus eſt hujusmodi, ut id probatum dedit Excell. Doctor & Præſes meus. E. & amplius contra debellatum Cornæum evicit in Vale Triumph. Sed ταῦτα μὲν ἄλις: ſi opus erit, promentur plura. Tu vero o DEUS, Bonitate Optime. Potentia Maxime, Eccleſiam noſtram orthodoxam ſub umbra alarum tuarum, ad finem usqve ſæculi protege; contra impetus adverſariorum tutam præſta, & illis ipſis ſaniorem mentem inſpira: Græcos deniqve, & alios errantes, ad antiqvam & Apoſtolicam veritatem, qvam nos unice profitemur, revoca. Fiat, Fiat!

*Jo. Ariſt. Recid. p. 59. ſſ. 8 78. ſſ.*

---

## PEREXIMIO ET PRÆCELLENTI MAGISTRO VEIEL, DISSERTATIONIS hujus ſcriptori & propugnatori, rem bene gerere:

*Pacem, Orientis habet nobiſcum Eccleſia, dicunt*
*Qveis honor occidui lex placet una Jovis.*
*Scilicet hæc pax eſt, qvalem Florentia miris*
*Artibus, & vano nomine progenuit.*
*Scilicet hæc pax eſt, qvalem Tua pagina ſcribit,*
*Et mox expoſitam lingva diſerta dabit,*
*In decus. Ulma Tuum! ſincera maxima qvondam*
*Gloria hic & vindex relligionis erit.*

Scr. Amicitiæ cauſſa
Joh. Henr. Bœclerus

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

*FINIS.*